

PAVL I

ÆGINETÆ LIBER PRIMVS,

IOANNE GVINTERIO

Andernaco medico interprete.

Q VÆ GRAVIDIS SVPERVENIE

ant, & quæ uictus ratio eis conduceat. Cap. I.



VANDOQ VIDEM IN
ter ea quæ superueniunt graui
dis, haec potissimum infestare fo
lent, naulea, continuæ uomitio
nes, sputa, stomachi erosio, &c cib
i fastidium: non alienum fuerit
remedia quibus ab eis vindicen
tur, prescribere. Prosum itaq; ob
ambulationes cibi non sumendum

*Ligna gra
vidarum.*

*cibus quib;
in bis gravent.*

*Ac medi
camenta:*

*qui ex animali
Cet. affl. cib. ad
sicc. et.*

ad. ac. cib. ad.

De cib. ad. cib. ad.

qui modo ualeat

*propter: egypt. man
ut in: u. alibi: sec
u. lemento:.*

dulces, uina uermicula, odora, maxime quinquennia,
& moderata potio. Hæc enim omnia ne mulier nau
seet uomatq; impediunt. At medicamenti loco uincit
polygonum herbam aqua elixam bibere. item anes
thum & ponticam radicem, quæ indigeti uocabulo
rha nuncupatur. hæc tum ante, tum post cibum licet
assumere. Extrinsecus præcordia adiuvari debent, eaq;
taplasmate ex labrusca & pumice sylvestris flore, cyo
tis smymniq; coma, & foeniculæ semine, siue per se, siue
quomodocunque uoles miscere, cum palmulis & uino
ueteri. Aduersus stomachi rotiones confort, calidam
aquam bibere, quiete inambulare, præcordia contege
re lana molli. At eas quæ cibum respuunt, uariis & ad
uoluptatem quæstis cibis amyloq; siccō sollicitabis,
magis autem hoc obtuleris iis quæ terram edere con
cupiscunt, ut in uitio quod Græcis Citta dicitur, accidat.

PAV. ÆGIN.

A

PAVLI AEGINETÆ

quando potissim
dormiret apposse
nat:
ratio quam in
potissim
deinceps
appetitus:
p. de Paulus. 37
p. c. cit. 24
aff. de curant
mentis ad
de matre uenit
qualis debet
eligi nutrix

dere consuevit id tertio à conceptu mense potissimum contrahitur. Nam tunc fœtus amne quod ratione alieni ad ipsum fertur, tanquam imbecillior, nequit contumere, unde fit, ut quum uaria ex eo recremeta in stomacho grauidæ redundant, uaria & naturæ aliena appetat, exempli gratia, carbones extintos, creta Cimolianam, aliaq; complura. Hanc enim ob causam appellatur actionem huiusmodi affectus accepit, uel à picce auis uarietate, uel quod eadē subinde hoc malo corripiatur. Cibi facit appetentiam labor, & liger peregrinatio. Quæ uero mulier citra labores agere consuevit, haud commode repentinæ subibit motiones. Verum acris quandoq; gustare, præsertimq; finapi, cibum fastidiest, si non fuerit alienum. Cæterum eximos pedum tuores quos cœdemata Græci dicunt, anthyllis quæ in acetō maduerit super deligata, discutit. item folia brasificationis atq; Cimolia creta exacto illita, similiter alumen cum acetō proficit. Recte etiam mala medica, quæ citria alias dicuntur, aquæ incosta pedibus admouentur.

DE NUTRICE. Cap. II.

*mentis ad
de matre uenit
qualis debet
eligi nutrix*

DEligi nutrix debet, nulli morbo obnoxia, æta mediae, ita ut iunior quinq; & uiginti annos compleuerit, grandior quinque & triginta non excedat: pectore sit amplio, mammis magnis, papillis nec coniuentibus nec aueris: reliquo corpore nec admodum obeso, nec nimium gracili. Præstera magnum est infanti commodum, si nutrix non multo ante pepererit, maius q; si masculum. Vitanda ei sunt admodum siccantia salsa, acris, acerba, acida, amara, & ualide calefacientia. Item odores tum fœdi, tum suaves præter modum, condimenta, aliaq; acris nocent. Ad hæc uenere nutrix abstineat, manus humerasq; molendo texendoq; exerceat: puerum ulnis gestet, ubi treis iam menses quatuorve excesserit.

DE LACTE NUTRICIS. Ca. III.

*mentis ad
de matre uenit
qualis debet
eligi nutrix*

LIBER PRIMUS

IAudatissimum lac est, moderatus spissitudine co-
pia, colore, odore, & gustu. Commendatur &

*Descriptio lachij
Caudatit:*

quod in unguem pollicis instillatum, eo inclinato
ad lucem, neq; subito tarda uidetur defluere. Ia-
nero in hunc modum probari potest: infulo lacti in
uas uitreum, coaguli exigui admiscetur, sigitisq; agit-
atur, in quo postquam concreuerit, inspicietur, num
casei portio minor q; serum fuerit, hoc enim lac inutis
le est: contrarium huic, concoctu contumax: probatis
sum quod utraq; habet mediocria.

Q V O M O D O L A C V I T I A

tum corrigatur. Cap. IIII.

LAc usitatum hoc modo corrigi debet si crassius

*Constitutio lachij
uiti: ali: p: mod:*

fuerit, pistula uomitu elicetur, qui optime oxy-

gij: fuerit: crass:

melite epoto citatur: laboribus cibum præcedē-
tibus eadem extenuabitur. Tunc nimis in cibo cō-
ducunt, origanum, hyssopum, satureia, scandix & thy-
mus, item radicum exigua, uetusq; falsamentum cum

*Constitutio lachij
lactis: tibi: j.*

oxymelite. At si acris tenuiusq; lac euaserit, multis q;

*Constitutio lachij
acris: et: tenuis:*

dem tunc laboribus nutricem leuare, sorbitonibus

lactis: com: me:

autem & carnibus suillis, lapazq; & uini dulcis potu-

ad: lac: gener:

reficer conuenit. Si lac fuerit immixtum, sorbitone-

bus: pleniori: mode:

bus & pleniori modo sustentanda est, uinum dulce po-

tu: dulce: po:

tul dabitur: pectus & mamillas perficere oportet, qui

lachij: com: me:

busdam cucurbitula quoq; defixa abunde præsttit.

ad: lac: gener:

Medicamenta uero eti: lacti generando proficere qui-

lachij: com: me:

dem aliquid sciam, non tamē frequenter ipsis uti præ-

nata: quis: me:

ceperim, ut quæ uolentius consumant, est autem foeni

puer: inficit:

culti radix, & semen, pisanæ incocta: item cyssi folia ex-

qual: lachij:

uino nigro aut pisanæ: melanthiū dulce & anethum,

pastinaca radix acq; semen, quæ calida prius irrorata

admouenda sunt. Omne uero lac uitiosum, siue cras-

sum, siue acre fuerit & foetidum, puerum qui prius suo

xerit, eadem qualitate inficit. Lac autem acre nunquā

ieiuno exhiberi debet foetorem eius uinum odoratum

& cibi dulces emendare possunt. Porro de caseato

PAVLI AEGINETA

lacte tertio volumine in capite de mamillis trahabimus.

EDUCATIO PVERI. Ca. V.

Rimum infans recens natus melle nutriti debet: mox lacte, idq; bis die, aut plurimum ter. quam autem propte & alacriter puer assumit, ac spes est eum posse quod oblatum est concoquere, tunc iam & cibus solidior recte datur qui non ipsum repleteat. At si forte imprudentibus nobis puer repletus fuerit, somniculosior autem statim & torpidus magis euadat, uenter intumescat infleturq; & urinæ aquosiores reddantur, quæ repletionis notæ sunt, nihil exhibe re oportet, donec cibos prius ingelitos consumpti serit. Abunde autem fuerit duobus annis lacte puerum enutrire, inde ad cibos solidiores transgredi.

DE PVSTVLIS PVERO OBORIS, exanthemata dicuntur. Cap. VI.

Vstulis quæ pueru per cutem eruperint, primū sane nullum faciliere negotium oportet, ubi uero probe decreuerint, tunc iam curare tentabis, balneis, quibus iniicitur myrti aut lentisci foilia, aut rosæ, deinde rosaceo aut lentiscino utendum: ceratoq; cum cerussa, ad hæc nitro abstergere lenius expedit: nam ualentiora non sustinebit. Optimum uero est nutricem dulciori uictu uti, laudatur item maxime si puer ipse neq; pleniore, neque nimis tenui cibo alatur. At si uenter ipsius non respondeat, tunc mel ciborum infusum simul coquere oportet: si ne sic quidem descenderit, terebinthinæ instar ciceris iniicies. Humeata alio, milium potissimum offerre conductit.

DETUVSSI ET GRAVEDIS ne pueri. Cap. VII.

Qvōd si quandoq; tusricula aut grauedo puerum affligat, linctus ex melle, quos Græci melitismos uocant, adhibentur. Conuenit igitur pueru beraliore aqua calida lotu caput ipsius melle

LIBER PRIMVS.

copioso illinere, deinde digito linguam leniter preme
re: multum enim hoc pacto pituita uomitū egeret.

DE GINGIVARVM PRV^{is}

ritu. Cap. VIII.

Purientibus gingivis fomento utendum est, &
liberali unctione ex oleo discocto, in quo cera
momentum eliquatum sit.

DE DENTIVM ORTV. Ca. IX.

Dentium septimo mense pueri: tunc autem ins
flammationes ginguarum, maxillarum, & ten
dinum, aliquando conuulsiones etiam euenis
unt. Tunc igitur puero nihil dādum, quod mandi pos
stulet, digito autem in lauacro gingivae continenter
contraferari, & gallinaceo adipe uel leporis cerebello
emolliri debet. Vbi iam dentes prodierint, ceruix, ca
put, & maxilla delicatis lanis puris cōtegentur, oleoq;
dulci & calido souebuntur: idemq; meatibus auditio
ris instillabitur. Ceterum plenius infantem tunc ales
re, & calida lauare oportet, & si alii profluuum expe
riatur, tentabimus eam epithematis quæ præcipue sis
tunt, contrahere, inspergendo lanæ cum inum: aut ane
thum, aut apium. Salutare est etiam semē rosarium ads
miscere, & summatis calidis desiccare. At si uenter ni
hil reddit, melle in glandis figuram coacto, inferius les
titer irritabitur, aut nepita detrita cum melle illinetur.
Porro conuulsionebus puerorum optime uidetur aug
xillari heliotropium in aqua elixum, si puer in hac la
uetur, confert & irino aut cyprino & syncionio pers
ungere, & uniuersum calefacere. Quidam autem ex ore
tis dentibus digitos mordet uulneratq; benefaciet ras
dicem iridis derasam, nec admodum siccum, ore con
tinere. Hoc remedium ulceribus quoq; opitulatur: bu
tyrumq; cum melle illitum adiuuat. Ginguarum autē
pruritus, ueteris salsamenti caro lenit.

DE ORIS VLCE RIBVS QVÆ
aphthæ dicuntur. Cap. X.

A iii

PAVLI AEGINETÆ

OBoritur puero etiam ulcus quod aphtha vocatur, nunc subalbidum, nunc subrubrum, alias crustæ modo nigrestens, quod omnium periculosisimum & lethale est. Remedio erit, iris cum melle & sicca inspirata. Item rosarum folia contusa, ea rumq; flos, crocum, myrræ exiguum, galla, lachryma thuris & cortex eiusdem, & simul, & priuatim singula melle tincta; ad hæc mulsa, & mali Punici dulcis succus proficit.

AD FEMORVM INTER trigines. Cap. XI.

FEmorum intertrigines myrtus arida, iuncus angulosus, & rosa insperfæ iuuant.

AD AVRES HUMENTES. Cap. XII.

AVrium humilitates lana ex alumine imposita aut mulsum, aut uinum uetus instillatum, aut crocum ex uino detritum, desiccant.

DE SIRIASI. Cap. XIII.

SIriasis, quæ Latinis adustio infantium dicitur, est inflammatio partium circa cerebrum, eiusq; membranas, concavum in ea frangunt, concaviitudine cum pallore oculi accedit & corporis totius siccitas. Succurrat huic malo uitellus ovi sincipiti cum rosaceo linamenti impliciti modo impositus, sic tamen, ut continue renouetur.

ALIVD AD SIRIASIN.

Oportet eidem loco imponere folia herbae quam Græci heliotropion, Latini solarem nuncupant, cucurbitæ ramenta, cucumeris, quem peponem dicunt, cunctem carnem adiacentem, aut hortensis solani succum cum rosaceo.

RATIO VICTVS INFAN-

tiuum atque reliquarum deinceps æta-

tum, ad usque declinantes,

Cap. XIV.

LIBER PRIMUS

Poste aq; latte nutrit infantes desierint, liberore
 eis modo & suo ingenio hilariter uiuere per-
 mittemus: exercitia autem & alimenta leuiora
 præscribentur. Ab anno sexto & septimo, tum pueri,
 tum puellæ, literatoribus blandis humanisq; traden-
 tur, tales enim cū animi remissione et gratia docent.
 Animi autem remissio ad probâ corporis educatio-
 nem plurimum adfert momenti. Duodecimum annu-
 egressi, ad grammaticos iam & geometras mittendi
 sunt, corpusq; eorum exercere oportet. A quartodes
 cimo usq; ad primu & uigesimum, mathematicis dis-
 sciplinis & sapientia studio incumbent: exercitiis plus
 tribus propter corporis robur credentur, ut & animo
 & corpore laborantes, à libidinibus impetu coerceantur
 his etiam uimum circumcidendum est. Aetate florenti-
 bus educatio absoluta tum animi, tum corporis con-
 gruit, eoq; exercitiis omnibus, præsertim qbus quisq;
 affueuit utendum, cibo pleniore & ualent. Declinans
 tibus autem moderata competit & animi & corporis
 educatio. Exercitia enim qualiacunq; fuerint pro hos
 rum ratione innisuere oportet: alimento detrahens
 dum ut quorum habitus iam frigescere incipiat.

DE FRICTIONE PRÆPARA-

toria, quæ parascuastice dicitur. Ca. XV.

Ante exercitationem corpus mediocritercale
 facere oportet, frictione linteis adhibita, deinde
 dum nudis manibus oleo intinctis fricari: usq;
 bene incalescat emolliaturq; colore uiuido ruf
 bescat, & in tumorem attollatur.

DE EXERCITATIONE. Cap. XVI.

Exercitatio motus est uehemens, uehementiae
 aut finis est, respiratio crebra. Id uero commo-
 di præstat, quod partis instrumetarias morbis
 non opportunas efficit, & functionibus obeundis ua-
 lidas: præterea ut alimenta fortius attrahant, præoptius
 immutent, & liberalius reficiantur, caloris beneficio

A ivi

PAVL I AEGINETA

quem illa excitauit, adde quod meatus expurget, res
crementa propter ualidam spiritus motionem, expels
lat. Quoniam igitur alimentorum per corpus mem
bratim digestionem adiuuat, conuenit ut neq; copiosi
neq; crudi, siue clbi siue humores, in uentriculo, aut in
testinis contineantur, periculum enim est, ne priusquam
probe fuerint concocti, in uniuersas animantis particu
las distrahanter. Vnde manifesto liquet exercitatione
cibum praecedere oportere. Notæ autem quæ oppor
tunitatem laboris subeundi ostendunt, ex urinarn co
lore petuntur, etenim aquosæ nondum coctum hu
morem qui ex uentriculo distributus est, significant: ru
fæ autem & biliosæ, iampridem elaboratum esse
esse notant: quæ leuiter pallecent, initium concoctio
nis quæ adhuc fit, signant. Tunc igitur ad exercitia ue
niendum est, ita ut uesica prius & alius incrementis
leuentur.

DE EXERCITATIONVM
generibus. Cap. XVII.

OMnis exercitacionis commune est, quod ani
mali ex se ipsa caloris augmentū excitat. Ex sin
gulis autem exercitationum generibus alia ua
lida, hoc est, uiolenta est, musculis & nervis robur præ
parans, cuius generis est quum quis fudit, & maximo
onere sublato, aut eodem loco manet, aut paululum
procedit: item quum quis quantum maxime poterit
inambulat: præterea per funem manibus apprehēsum
scandit, aliaq; plurima in eundem modum obit. Alia
celeris exercitatio est, quæ citra robur uiolentiamq;
peragitur, id genus sunt cursus, umbratilis armorum
meditatio, aut quā duo summis manibus concertant,
tum quæ per corycum & paruam pilam fit exercita
tio. Alia composita est ex ualida & celeri, quādo quas
ualias diximus iis omnibus ut uehementibus utilis
cet, motus modo celeritatem adiicias. Præterea per
alias exercitationes lumbi magis & brachia curave la-

LIBER PRIMVS.

botant; per alias spina tota, aut thorax tantum, aut pulmo. Exerceri uero oportet quousq[ue] corpus in tumorē attollatur & rubescat, motus prompte, æquabiliter & concinne edat. Inter hæc autem sudorem cum calido uapore mixtum cernes. Pausandum uero ab exercitatione tunc primum est, quum aliquod horum fuesit immutatum, nempe si contractior corporis moles uidebitur, illico desistendum est: similiter quum colosris gratia deperit, cessare oportet. Quintam quum motus remittere quippiam cernitur, protinus definere conueniet, itidem si in sudore illa qualitatis eius, aut quantitatis mutatio accidat: quum enim is aut minor, aut frigidior factus intelligitur, tunc desistendum scias. oleo mox corpori superfuso, apotherapla uti deinceps oportebi, inde frictionem apotherapeuticā adhibere: ut pædo ribæ facilitare solent.

DE GENERIBVS FRIC^TIONUM.

Cap. XVIII.

Inter frictions, dura ligare corpus potest: mollis, soluere, quapropter quæ supra modum resoluta sunt, duriter perfricare oportet: quæ autē astricta, molliter. At si mediocri quis corpore præditus sit, neque molliter necq[ue] duriter fricandum id esse constat, sed quatenus licet utrèq[ue] excessus uitari debet. Siquidē multa & dura frictio, corporis molem deprimit: modica uero & mollis, ecōtrario implet. Porro tres quætitatis frictionum differentias, si tribus quæ à qualitate ducuntur, iunxeris, nouem coniugationes effeceris, ut subiectum est. Etenim una iuxta quantitatem, nempe multa, si tribus quæ à qualitate sumuntur, duræ dico, molli & mediocri, adiungatur, treis secundum duritie differentias efficit. modica rursus si eisdem tribus addatur, treis alias procreat. At mediocris qualitate, eisdem tribus iuncta, alias treis progignit, ut in formula subiecta uidere licet.

PAVLI AEGINETÆ
QVANTITAS. QVALITAS.

Multa)	&	(Dura
Multa)		(Mollis
Multa)		(Mediocris
Pauca)		(Dura
Pauca)	&	(Mollis
Pauca)		(Mediocris
Mediocris)		(Dura
Mediocris)	&	(Mollis
Mediocris)		(Mediocris

DE VOCIS EXERCITATIONE. Cap. XIX.

Inter uocis exercitationes suauis aptaq; modula^s tio nihil ad sanitatem tuendam proficit: grauioris autem uocis sonus utilis habetur, eoq; exercere eum oportet. Ita enim aer copiosissimus inspiratu in corpus attractus, thoracem, uentriculum & meatus totius corporis deducit, dilatat, aperitq;. Quapropter ipsa lectione humores qui redundant excernit, fortius igitur legentibus, magis & per sudores, lenius aut, p latenter, totius corporis perspiratum. Accidit enim propter extenuationem multa recrementa, nempe spuma, mucos & pituitam, p screatum excerni consumi^sq;. Iis uero qui propter frigiditatē excalfieri desiderant, quodnam aliud præsentius remedium esse potuerit, q fundatio quæ respiratione peragitur. Consilium igitur est, hos frequenter legere, ut toto corpore relaxato, fusaq; carne, arteriam & alias spiritus transitus studiis rarefacientes, per grauiores uocis actiones modulentur. Vti autem oportet uocis officio neq; temere necq; inconsiderate, sed quā nec utiliosis corruptisq; humoribus repleti sunt, neq; magnæ & euidentes sto

LIBER PRIMVS

machi cruditates apparent, ad uocis *exercitationem* accedendum est, ne corrupti uapores per corpus lar*gus* distribuantur.

DE LASSITUDINIBVS OB

exercitationem. Cap. XX.

Vicerofa lasitudo ab excrementorum tenuiū simul & actium copia contrahitur. Tensoria nullum quidem excrementum, cuius ratio ali qua sit habenda, in corpore contineri indicat, sed in musculis neruisq; affectus quidam quo tendi uidens tur, residet. Ea uero quæ inflammationis speciem præ se fert, in qua nimirum ceu contusas, aut inflammatio ne obsefias parteis sentimus, tunc solet incidere, quum musculi impendio excalfacti, aliquid ex circuulis sibi 15 incrementis attraxerunt. Est & alia quædā præter has quarta affectio quæ oritur quum musculi supra q; par est, siccantur, ita ut cum se exuerint squalens corpus cōtractumq; appareat, atq; ad motus pigrum. Remedium ulcerose lasitudinis est, si quæ redundant eua 20 pores frictione multa molliq; cum oleo copioso, quod omnis astrictionis sit expers. Altera lasitudo in qua tensio sentitur, hoc pro curatione desiderat, ut res laxetur, sanè relaxatur quod dīstentū est, pauca & molli frictione, eaq; ex oleo dulci atq; egelido; item intromissione omnino, quiete balneis temperatis, atq; in calida mora lögiori: adeo si bis terve ipsum laues, plus profeceris. Tertia lasitudinis inflammatoriae curatio nis consilium, ad tria dirigitur, nempe, superuacanei euacuationem, extenti remissionem, & inflammationis 25 refrigerium. Itaq; & oleum copiosum tepidumq; & frictions mollissimæ, & lenta in temperatis aquis mora, eiusmodi lasitudines persanat, parimodo & multa quies, *maxime cōtinua. Quarta affectio nihil sanè * Galen à priori consuetudine immurari postulat, nisi caldiore nus una 35 aquam, quæ sensim contrahat: altero die, apotherapię affectio con exercitationē, ad hæc solū similiter calidū, sic, ut ægri tinua.

PAVLI AEGINETÆ

protinus in frigidam exilant, statim uero oēs qui lasfl
tudinibus laborant, cibo refici debent.

DE CVTE ASTRICTA. Cap. XXI.

Astrictio quam Gr̄ci stegnosū vocant, accidit,
aut obstructis, aut densatis meatibus. obstruc^s
tio quidem, ex copiosis, aut ex crassis humori
bus crudis concoctionemq; non expertis, oritur: den
satio autem, ab iis quæ refrigerant, aut astringunt, aut
desiccant. Ac deprehenditur sanè iam dictus affectus,
statim ubi se exuerint, ex colore albo, & cutis tum dus
ritie, tum densitate: tum quod in ipsa exercitatione uix
incalescant. Succurrit huic affectioni calefactio, quæ ua
lentiore exercitio, balneisq; calidioribus petenda est.
Mora uero in frigido solio diuturna non sit, imo nec
ipsa aqua nimium sit frigida. Vbi uestes sunt indutus¹⁵
ri, uengentur aliquo quod mediocriter calfaciat oleo,
dulci ac tenui. Cutis autem densitatem abunde etiam
sanat oleum anethinum, præsertim si uiride fuerit anes
thum: oleumq; ex populo nigra confectionum.

DE SPONTANEIS LASSIS
tudinibus. Cap. XXII.

QVONIAM ulcerosa lasfitudo ex acrum recre^s,
mentorum uitio contrahitur, si quidem paus
cus omnino ultiosus humor fuerit, apotheras
piæ exercitatio sufficerit: si copiosior, & altius in cor
pore redundans, eiusmodi malo obnoxias nec exerci
tationem nec ullum omnino motum iniungamus, sed
quiete somnoq; recreatos abstine cibo totum diem
cogemus, deinde uesperi pinguis uerundis, tempera
toq; balneo lauatis, cibum bonisucci & sorbilem exi
guum dabimus, non tamen à uino eos arcentes. hoc
enim semicrudos humores, si aliquid aliud concoqt.
Si ergo his peractis malum conquieuerit, ad pristinam
consuetudinem pro ratione reducendi sunt: fin in po
sterum etiam diem remaneat, de ualentiore iam reme
dio considerandum est. Si enim vires constent, duorū³⁰
³⁵

alterum, aut sanguis mittendus est, aut purgatio exhalanda, sed ita ut discernamus, utrum magis expediat. Quod si uires inualidæ sint, sanguine dimittere haud quamquam oportet, sed dejectionem mediocrem tenetare. At si crudi humores omnino fuerint, neque sanguinis detractio, neque purgatio, neque exercitium ex usu est, in modo ne mouere quidem in totum, aut lauare expedit. Tales igitur in quiete omni seruandi sunt, cibis potionibusq; & medicamentis quæ extenuent inciduntq; sine manifesto calore, reficiendi. Pro cibo igitur oxymel, modicum ptisanæ, nonnunquam & mulæ exhibebitur. Quoniam uero præcordia eiusmodi omnibus turgida inflataq; sunt, ac facile quicq; assumperint in flatus conuertitur, satius fuerit cum cibo peris aliquid offerre. Vt ilius autem erit, & medicamen to quod diopolites dicitur, uti: item dia trion pepero reon simplici: utilissimumq; ipsi est oxymel. Potius su ment apomel, præsertim ubi coacut, uinaq; leuiter ac scenscentia, cibi erunt qui sine calore attenuent, cuiusmo di est capparis si ex oxymelite, aut oxelao assumentur. Porro tensionis lasitudo quæ sine exercitiis oboritur, copiam innuit solidas corporis partes distendentem. Constat autem omnibus, optimum esse præsidium quun sanguinis copia subest, aut uenam incidere, aut malleolos lacerificatus sauciare. Quæ uero inflammacionem repræsentat lasitudo spontanea, ea ne paucis quidem horis, nedum duobus tribusve diebus eodem tenore consistit, sed protinus febrem accedit ueheq; mentisimam, nisi sanguinis detractione malo prius occurreris. Præstiterit autem, si fieri queat, bis eodem die sanguinem detrahere: ac primum quidem ita mittere conuenit, ne animi defectu homo perclitetur: secundo autem, ne defectio quidem ipsa formidari debet. At qui sic affectis sanguinem non dimiserint, hi ut periculum evadant seruenturq; bonæ fortunæ beneficio opus habent.

PAVLI AEGINETÆ
VICTVS SENVM RA
tio. Cap. XXIII.

Seneclus quum secca frigidaq; existat, per calefa-
denta humectantiaq; corrigi debet. Frictio itaq;
adhibenda est, citra lasitudinem: imbecilliores
ter die cibo refici debent: ad tertiam quidem horam,
panis exiguo cum melle attico: septima uero hora
ubi frictionem exercitationes q; ipsi congruas & bal-
neum fuerint experti primum sanè qua aluum emol-
liunt, assument. deinde pisces, aut auiculas, hinc post
cœnam ea qua optimi succi sunt & ægre corrupti-
tur. Non prohibeo item uinis ex melle præparatis uti
præcipue quibus de calculo in renibus creato, aut èt
podagra suspicio est quando petroselinum uino recte
inicitur. At si quando pituita in uentriculo contracta,
necessitas est aliqua qua eam incident, diligere, proti-
nus ad humectantem uitius rationem digrediendum
est: contra quod fici mature ante alium cibum 10
ipsi exhibitur: per hyemen uero carica, si nullum in dex-
tra præcordiorum parte uitium accidere sentiant. At
quia serosa pituita q; in senili corpore excrementa
colliguntur, urinam quotidie promouere consiliū est,
& aluum subducere, præsertim oleo ante cibum epo-
to. Clatur uero est, omnia olera ante cibum ex oleo,
garoq; sumi oportere: itē oliuas muria seruatæ, quas
halmadas dicunt, & damascena. Q uòd si uenter ma-
gis astridus nihil deicerit, & mercurialis herba, &
unicum a bunde sunt, benefacit etiā resina terebinthi-
na, interim unius auellanæ, interim duarum triuæ ma-
gnitudine sumpta. Iam oleum qbus aliuis contracta
est, per clysterem utilissime infunditur.

DE RUGOSO CORPORE.

Cap. XXIIII.

F Rugat corpus erui farina, uti albæ mixta.
ALIVD SMEGMA Q VOD
continue illinetur. Fici pingues simul cum bryo

L I B E R P R I M U S.

8

*nia contusa; farina erui uita, aut sepiæ testa cum melo
lis momento trita.*

Q V O M O D O C O R P U S S V A
uiter oleat. Cap. XXV.

V T corpus bene oleat, eidem unctioni cupressi
comam aridam contusam admisceto, aut pi-
ceæ corticem. Meninisse uero debes, ut ma-
ne postquam corpus uestimentis munieris, pauxillū
casiae aut labeña herbæ degustes.

Q V O M O D O H A B I T U S I N
calefaciat. Cap. XXVI.

A D habitudinem calfaciendam in balneo uten-
dum est hoc puluere, qui recipit nepitā, sanguī-
fuchum, hyssopum, baccas lauri, rorem mari-
num, lapidem pyritem, salem, fecem combustam, ni-
trum, pumicem, pro cuiuscōratione: item sinapis, herba
pediculariæ & cocci gnidi momentum. à balneo,
ac opius erit quod calefaciat: uisum uermiculum,
uetus potui dabitur, item potio medica ex mulso, pi-
pere, ruta, & consimilibus, utilis est.

Q V O M O D O C O L O R M A
lus emendetur. Cap. XXVII.

C Orpus decoloratum pallidumve uita iucunda
& cibis boni succi emendat, miscetur autem
huic radicula, portum, & uiride cicer, iam ma-
li punici dulcis succus sorbitonis modo sumptus, bo-
num colorem efficit. Proficit etiam oleum cui bryonia
radix diutius sit incocta, idem & corpo: is cutem
intendit erugatq; Innegmatis autem miscere oportet
glutinantia quæ sunt ex quopiam astringentium, fari-
na, bulbo, narciso & bryoniae radice, bene colorant, si
copia datur, tum radix tum semen amarae amygdalæ
in aqua elixa, & in balneo adhibita.

A D L I V O R E S. Cap. XXVIII.

L Iuescere senuum corpora prohibemus, si a.
tem ipsotum crassam, ita ut minus iniuria

PAVLI AEGINETA

pateat, & habitum calidorem reddiderimus. Ut autem celerius id assequamur, sale in balneis, super partem quæ nigruerit uti conueniet, eandemq; fomē tis perspongias decocto radiculę aut absinthii immerſas, adiuuare.

QVOMODO DENTES AB
inuria afferantur. Cap. XXIX.

Dentes ab iniuria vindicabis, si primum caueas ne cibi quos ingesseris corruptionem experientur. mox continuam uomitionem deuites: deinde escas dentibus incommodas, nempe ficus aridas: mel coctum & satis durum factum, palmulas uix fragiles, adhac omnia glutinosa, quæq; adeo franguntur, ut dentes commoueant, insuper uitare oportet, quæ denteis stupefiant, perfrigida cuncta & putrida. Conducit itidem secundum cibū dentis purgare.

QVOMODO GRAVIS AUDI
tus corrigatur. Cap. XXX.

Ad grauem auditum corrigendum, uincit prium meatus per quos audiendi facultas est, sordibus expurgare: per interualla autem lineatum dropaci intinctum ipsis demittete, atq; prius expressum retrahere, summe enim meatus purgat, & simul auditum auribus reddit. Deinde aliquo erui instar inserto, meatum ad diem obturabis: postea ipso exempto, quotidie oleo amygdalino, autnardino, aut chamaælino, aut pingui anterino, cum exiguo fellis bubuli perunges. Rursus diebus aliquot interpositis sinapi & fici contritis factum penicillum ad horas duas imponis, inde hoc exempto infundis oleum, quod in asphodeli radicis succo deferuerit.

AD OCVLORVM CALIGI

Nes. Cap. XXXI
E caligine oculi corripiantur, quum in aquam frigidam te mergis, illos diu in eadem apertos esse

tos esse conuenient. hinc enim robur uisus adiudicatur. Lectio uero non te fatigabis, uino crasso & dulci abstinebis, similiter cibis qui in superiore ventri calo diu remorantur, concoctu difficiles, & qui humores lentos crassosq; generant: cuiusmodi sunt crux, porrum, & omnia quorum acrimonia sursum effertur. Vitare item oportet supinum incubitum diuturnum, frigus, uentos contrarios, fumum & puluerem. Iam uero aquam oculis instillare quotidie ad mesem totum, iuuat, quae in hunc modum præparatur, scenit, culum uiride fictili uasi extrinsecus picato, cum aqua celesti demittitur, deinde exempto sceniculo quod reliquum est repones.

DE REPLETIONE. Cap. XXII.

Purum noxae ciborum repletio conciliat, quanvis probam in uentriculo concoctionem fortiti fint. Nam quum uenæ nimium repletæ laborant, distenduntur, rumpuntur, obstruuntur & flagitu impletuntur, credibile admodum est, grauisimas ex hac causa ægritudines procreari. Quum igitur uenæ repletio, interim uomitu quod redudat, interim per aluum excernitur: in totum invalidior hæc, ea est quæ uenis accidit, nō tamen & ipsa admitti debet, sed si quis impendio plura assumperit, statim eum uomere oportet, periculum etenim est, ne obita concoctio, ne uenæ repleantur: magisq; si intemperantius cibis continue assumptis, nullam deinde uacuationem experieratur, uomitu igitur solicitari debet priusq; cibi cor rumpantur. At si aliquid eum impedit, alius soluta frequenter succurrit. Si minus illa fluxerit, certe diuitius dormire & potui aquam calidam frequenter sumere, consilium est. Vbi iam abunde concoixerit, præsertim alio largiter fusa, lauacris fomentisq; adiuuare, salsamenti parum ac potionem dilutam exhibere oportet. At si necq; descenderit alius necq; celeriter obita est concoctio, sed corpus uniuersum graue, ad

PAVLI AEGINETA

motus pigrum, & somno lento fuerit, mens præter rationem quodammodo torpescat, uenarum repletione esse cognoscas, Qui uero præter hæc lasitudine premutur, eos conquiscere dum uentriculus ingesta coquat, deinde laboribus inanire expedit.

DE EBRIETATE. Cap. XXXIII.

Brietatem uomitus repente obortus discutit: ite E aquam & multam liberalius super bibere vincit, atque sic uomere, usque dum plurima reiecerint, ac stomachi uellacatus obtundatur. à uomitu solium ingressi copiose ungentur, reliquo tempore cōquiescent, & accurate cooperi diutissime dormient, quo usq; te muletia discutiantur.

QVIBVS CIRI CORRVM

puntur. Cap. XXXIIII.

C ibis in uentriculo uitiat, si quæ corrupta sunt deiciuntur, maximum ad sanitatem est compendum: sin minus, iis quæ leniter subducunt alius irritanda est. Huiusmodi autem malo affectis uomitus ante cibum, uini pasq; potu excitatus, conductus. Nihil præterea uel nidorosum, uel graueolens uel in totum, cibum corruptioni opportunum assumere ipsos consuluerim, sed ea quæ boni succi sunt deligere. Iam per interualla temporis mediocria aluum subducere, ex iis quæ mediocriter purgant ita affectis confort.

DE VENERE. Cap. XXXV.

V eneris hæc sunt commoda: humores superuas, cuos inanit, corpus agile præstat, in augmentū promouet, & uirile magis efficit. Quantum uero ad animum spectat, impeditam intelligentiæ vim dis soluit, iratos mitigat, eo q; melancholicis coitus, siquid aliud, remedium est accommodatissimum: item alio modo insaniensibus integratatem sensuum restituit. Iā pituita redundantibus uenus est utilissima; alii enim cibum respuentes, eius cupiditatem hinc recuperant: alli, continuis per somnum ueneris imaginibus libe

rati sunt. Cæterum natura ueneri idonea est calida &
 humida, ut quæ reliquis salaciior sit. Minime uero
 coitum excitat uictus qui siccatur refrigeratq; etas senilis,
 tempus autunnale. Quapropter uictus ratio humi-
 da calidaq; adhiberi debet, mediocritas & laborum
 & ciborum. Quemadmodum uero moderati labo-
 res, ita etiam concubitus ipse mediocris conuenit.
 Nam & ad opus incitat, & facilitatem quandam con-
 suetudini præbet. Requirit autem libido, si quid aliud,
 10 alimenti exuberantiam, eoq; cibi potissimum ualens
 us materia utiles sunt: ex piscibus autem polypodes,
 etenim præcipue ad uenerem incitare creduntur. his
 adduntur, molli cute prædicti: ex oleribus autem, orni-
 15 num, erysimum, eruca, & napi, quæ in medicamentorū
 uicem dantur. ex leguminibus prosunt, faba, cicer, eru-
 lia, siliquæ, & pisæ, quæ præter quod largiter corpus a-
 lunt, flatibus replent. Ruta igitur quia flatus discutit abo-
 leti, ideo etiam ueneris ardorem obtundit, magnifice
 autem probo uvas ut quæ humectent, & spiritu sangui-
 nem repleant, qui in uenerem prorit. Quum igitur
 concubitus es, nimiam latitatem, cruditatem, lasitatem
 diem, cauebis: item ne uomitus, aut purgatio præce-
 20 serit similiter repentinum aut profluvium, licet nonnus
 quam uenus diuturnum fluorem desiccat. At uehementer
 teis coeundi cupiditates non laudo, sed potius resistere
 eis consulo, præsertim iis quos morbus aliquis infestat,
 Saluberrimum igitur post exercitationem, balneum mo-
 deratumq; cibum, uenerem exercere, ita enim viribus
 25 conductit, & frigus obortum minus offendet. Tempus
 autem concubandi opportunum est, secundum ci-
 bum, ut supra dixi, antequam somnis inuadat, lasitus
 do siquidem ex coitu contracta obdormienti statim re-
 mittitur. Id uero tempus etiam liberis procreandis ac
 30 commodum est, tum alii de causis, tum quod mulier
 consopita, genitaram facilius retinet.

PAVLI AEGINETÆ

AD EOS Q VI VENEREM
exercere nequeunt. Cap. XXXVI.

Naturalia continue pingui ungentur, cui adie-
ctum sit narcisi radicis momentum; aut cocci
gnidii, aut pyrethri, aut herbæ pediculariæ, aut
feminis urticae, aut uticis. Potiones cōgruunt, ex pipe-
re, aut satyrio, aut eruca, aut enico, aut simul omnibus.
esse confort ante cibum bulbos tostos, rubentes ac
exiguos, cum sale & oleo, aut scillæ, tabefactæ modis;
cum: item compositis aduersus hoc uitium inscriptis
remediis utendum est: item subinde lasciva legere
competit.

DE IIS Q VI IMMODICE
coierint. Cap. XXXVII.

Quoniam ex immoderata uenere corpus rarius,
frigidius, siccius, & imbecillus euadit, ratio est
ad mouere quæ denser, calefaciat, humectent,
conferat. Qui igitur immodico concubitu exhau-
sti sunt, uestimentis calidis operti cōquiescent, somnoq;
longiore, donec corporis contentio subsidat, reficietur:
atq; sic ab imbecillitate sese vindicabunt.

SI SEMEN GENITALE RE
dundet. Cap. XXXVIII.

Nonnulli semine copioso & calido collecto, in
uenereum proruunt: quod cum egesserint, cor-
pus inualidum, stomachum resolutum obti-
ment, extenuantur siccanturq; ob quam causam si rursus
à concubitu abstinerint, capite grauantur, & ueluti ex
repletione cibum fastidiunt, deinde statim ueneris ima-
ginibus obnoxii eodem modo afficiuntur. Nihil igitur
his quod semini augendo efficax est, sed potius & cibi
& medicamenta quæ id corruptant, offerti debent. à
balneo renes oleo rosaceo, melino, & omphacino pe-
rungere oportet. Satius autem est oleum cera addita,
ne defluat, crassius efficere, miscereq; succum aliquem
refrigerantem, nempe semper uiui, solani, cotyledonis

LIBER PRIMVS.

& psylli: ac horum quidem per aestatem, reliquis autem anni temporibus, tum aliorum, tum lactucæ succum: itē lini lemen quod aqua fuerit incoctum. nam hoc quoque refrigerantem succum exhibet. Ad hæc lamina plumæ bea lumbis subiecta, ueneris insomnia cohibet. Ja herba refrigerante ui prædicta si cum ruta substeruantur, & teneris uiticis surculis, idem præstant. Præterea semen lini & rutæ in cibo sumptum. Cauendum uero est, ne lumbis uehementer refrigeratis renes offendantur.

SI PER FRIC TIONE NOCVIT.

Cap. XXXIX.

Qui frigori nimio patuerunt, locis calidioribus decubent, cyprino aut irino peruncti. postea ubi modice incaluerint, piper, myrrham cum uino dulci odorato & ueteri assument, aut liquorem creniacum cum uino uel acetō, aut pyrethrū castoriūve ex acetō: cibo autem calidore recreandi sunt.

SI INSOLATVS ADVIS

fit. Cap. XL.

Si qui uero exusti in sole sunt, his locis aeris expositiis decumbendum est, perfundendaque; frigida, fäcies, manus & crura: si situ conficiuntur, frigidam aquā qui assuerunt, bibent. atque hæc pro ratione, & non uniuersim facere expedit, cibum assument exiguum, qui facile in membra distribuatur, humidorem potius quam densorem.

DE PITVITA IN SUPERIO

re uentriculo redundante. Cap. XLI.

Quod si in aliquem interdum incidas qui cibos valentis materiae auersetur fastidiatque; admodū & si assument compellas, nausea afficiatur, sola uero acria appetat, necque illi quidē oblectetur, sed uenbris inflationem nauseamque, sentiat, ac paululum ructibus solis leuetur, interim uero & ipsi cibi quos assumpsit, præsertim in acorem conuersi, uitientur, omnino intelligendum tibi uenit summam curationis existere, ut pitul

B iii

*Oribas
suis uitio
cis.

PAVLI AEGINETÆ

tum à ventriculo abstergas. Ego quandoq; ita affectum
noui, q; radiculis ex oxymelite sumptis, incredibili cras-
fioris pituita copia uomitu egesta, integræ statim sanita-
ti restitutus sit.

Q VOMODO FACILE Q VIS

uomat. Cap. XLII.

Q uoniam laboriose uomentibus multa solent
absurda superuenire commodum fuerit quo-
modo quis facile uomat, exponere. Etenim
uomitus pituitam inanit, caput leuat, & ne qui audius
nonnunquam cibum ingesserint cruditate laborent, ui-
noq; liberalius sumpto offendantur, prohibet. At quæ
offerentur, neque acerba neque secca erunt, sed partim
dulciora quodammodo humidioraq; partim actiora.
Commendatur ad haec radicula, eruca, salsamentum ue-
tus, origanum uiride, cepæ momentum & porri. Proz-
mouet uomitus etiam ex leguminibus pisiſa cui mel
additum sit, lomentum, carnium pinguis. uerum non
solum iura ipsarum, sed ipsas quoque integras deglutis
re oportet, eoq; uomiturus non diu madendis ipsis im-
morabitur. omnia uero per coctionem mollia flaccis-
daq; erunt. Iam constat, uina dulciora deligi oportere,
ut quæ in stomacho magis supernarent, atque eam po-
tionem egelidam assumi. Confert etiā amygdalas mel
li intinctas comedere, ac placentas gustare: item pepo-
nis & cucumeris semen maceratum detritumq; cum
melle assamere, radicemq; cucumeris cōtritam ex mel-
le. At qui ualentioribus uti uolunt, narcisi bulbo aquæ
incocto, uinum temperant. Mouet autem uomitiones
irinum quoque unguentum, si digitis eo perundis, iritis-
tes. Porro uomentis interest, ne, celsus uel intermitat, usq;
que dum omnia eiecerit: à uomitu os colluat, faciemq;
posca aut aqua abstergat, id nanc; dentibus conduit,
& caput releuat.

Q VÆ SANIS ALVVM SVBDV

cant, & quæ urinā moueant. Cap. XLIII.

Veterum nonnullis satis esse ad secundam uales
tudinem tuendam uisum est , si alius quicquidie
& urina pro ingestorum copia,sine uitio & abu
de responderet,ac quum vacuatio iuxta proportionem
accidebat,commendabant:si minus,promouebant urin
am quidem scandice,apio,asparago,petrofelinu,anis
so,nepita,origano,abinthio,graminis carduiq; radice,
cyliso,adiantho,omnibus in aqua elixis,quorum deco
ctum cum uino potu exhibebant, hæc enim per urinā
sanguinem repurgant,unde non parum utilitatis percipi
pitur. Aliu adiuuabant terebinthina, ex qua oliuæ mag
nitudinē dormituriæ deglutiēdam offerebant. At quū
acrius subducere eam cogitamus,rheu momentum ad
miscebimus. Accommodata deiectionisunt ,oua for
bilia:ex oleribus,beta,malua:item cochleariumius ,atque
haec forte abunde erunt. Efficacior est herba Mer
curialis,in aqua cum sale elixa comedatq;,eiusq; deco
ctum potu datum:similiter folia lambuci ,idem præ
stat polypodii radix duobus denariis saltamento ins
perfa,aut etiam in ptilana sorpta . ad haec serum la
ctis cum sale aut melle,ad treis heminas quatuorve as
sumptum : ueteris quoque gallinaceiitus ,tun per se,
tum cum cnici denariis duobus . nonnunquam & aloë
trium cicerum instar secundum cœnam recte assumis
tur. Præstantissimum uero est epithymum in uino post
mediocrem cœnam potum:qui acrius uacuare deside
ret,mane epithymi drachmā ex oxymelite, uerno tem
pore ebibat.

DECYLSTERIBVS. Cap. XLIV.

In quibus uenter ægre descendit,& stomachus im
becillis medicamenta ad subducendum efficacia
non sustinet,clysteribus utendum est , quum pitui
ta quidem in intestino residet ,iis quæ sunt deco
cto caricatum , betæ , nitri , sylvestris cucumeris
radicis , melle , oleo chamæmelino , auræ atethio
no : quum siccitas magis urget ,iis quæ constante

B iiiii

PAVLI AEGINETÆ

althea, foenum græco, chamaemelis, oleo, mellis exiguo.
Interim etiam oleum per se dimidiæ heminae mensura
iniectum, abunde proficit, non tamen continue id fa-
ciendum est, ne natura his irritata, spontaneæ excretio-
nis obliuiscatur.

DE GLANDIBVS. Cap. XLV.

Vtimur etiā glandibus subinde sterco exces-
nendi gratia, & in quibus id quod per clysterē
inditum est, non egeritur. Finguntur autē glan-
des ex sale tosto, melle & nitro: item thymus discocto
melli additur. Fiunt etiā ex resina terebinthina, & nitro:
interdum & coco gnidio modico. Sed quia uellicatus
mouet, parteis ipsas oleo delinere conuenit. præterea
pyrethrum aut piper admiscetur, conuentiq: resolutionis
nem expertis, & iis qui ex perfidione inflationes con-
traxerunt. Insuper centaurium pici & ceræ admiscetur,
ac naturalium resolutionibus aptum est praefidum. In
fantibus autem etiam salis grumus imponitur. Fit quo-
que glans ex sicibus cum nitro. Laut ex uua passa, ni-
tro & cumino.

DE IIS QVÆ PER OS CAPVT

purgant, apophlegmatismi uocantur, & quæ

per narēs, unguentis q:.

Cap. XLVI.

Hvmores in capite residentes per sputa uacua-
mus, quod si leuiter facere uoluerimus, piper
cum masticâ temperabis: si acris uacuare
libet, pyrethrum aut herbam pediculariam mandi præ-
cipiemus. Item anemona utriusq: radix manfa pituita
prouocat, capparisq: radicis cortex. atq: huiusmodi re-
media serosum excrementum uacuant: crassam uero
lentamq: pituitam, sinapi cum oxymelite gargarizant,
aut sapa in qua origanum, aut hyssopum sit incoctum.
Ego autem eam sinapi ex oxymelite admisceo. At si
cerebrum muco purgari desideret, acribus eum reme-
diis, quorum nonnulla etiam sternutamenta mouent,
euocabimus. Itaq: anagallidis utriusq: anemonaz cu-

Instau-
ratum ex
Oribasio.

LIBER PRIMVS.

iusiis, & bete succus per nareis purgat: item cucumeris
sylvestris foliorum succus naribus ipse & per se & cū
betanum decocto succore infunditur, sternutamentum
uero crudis humoribus qui in thorace, pulmone & ca
pite continentur, non expedit, os autem eiusmodi illine
tur unguento, quod recipit sinapi cum betae succo: eo q
palatum & columellam illinito, idem etiam per nareis
purgat, iam melanthio quod facile paratur, ad narium
illitionem subinde usus sum, interim aceto acri pridie
macerans, deinde postridie cum aceto rursus laetigans
infundensq; naribus. Nonnunquam oleo ueteri idem
melanthium detritum, similiter illeui. Ita & Archigenes
eo usus est, quum natum foramina obstruerentur: prio
ri autem ex aceto, Criton in morbo regio uti solebat.

QVÆ MENSEIS DVCUNT.

Cap. XLVII.

Quæcutiq; urinæ ciendæ sunt, eadem omnia
menseis dicunt, nempe brasiceæ radicis deco
ctum potum, Persicae radix, ruta, chrysanthæ
mon, dictamnū & erucæ sennæ: item qua ori uulue
apponuntur, menseis commouent, ut ruta cum melle
trita, aut porri succus, aut allium tritum appositum, aut
myrra cum uino levigata, aut leporis coagulum.

QVÆ SVDOREM MOVENT.

Cap. XLVIII.

Svdorem elicunt chamæmelū aridum tritumq;
et oleo inspersum, si futurum cu*i* ualide infricetur:
seseli, pyrethrum, cachryx, anisum, similiter oleo
inspersa, item nitrum tostum non nimis tenue, cū oleo
efficax est: ad hæc salis flos oleo temperatus, & liquor
cyreniacus aqua dilutus corpori infricatus epotusq; cis
ceris magnitudine. Pari modo nepita & pota cū mul
sa, & extrinsecus cum oleo infricata proficit.

DE AERE. Cap. XLIX.

LAUDATISSIMUS aer est, qui exacte purus: is autem
nimis erit qui non ex stagnorum, aut paludū

P A V L I A E G I N E T A

uapore exurgit, neq; ex barathro quodam pestilentem
auram exhalante prouenit: ita qui ex cloaca magnam
ciuitatem purgante eructatur, uitosus est. Quinetiam
nebulosus similiter sanitati non facit, quemadmodum
etiam qui in conualli altis undiq; montibus contentus,
nullam auram recipit. Hoc igitur modo uitosus aer
omni ex aequo ætati nocet, omniq; temperaturæ: sicut
optimus prodest. At qualitate uarians aer, calore dico,
frigiditate, siccitate, & humiditate non similiter uniuers
los afficit. Et enim temperatis corporibus aer tempera
tus utilis: intemperatis, qui contrariam temperiem ha
buerit confert.

D E A Q V I S . Cap. L.

AQuatum præterea & uirtutes & uitia cognita
habere expedit, ut quæ in omnem ferè usum
magis q; ad quamlibet uictus rationem requi
rantur. Ea igitur optima aqua censenda est, quæ nullam
aut gustu, aut odore qualitatem repræsentat, sed proti
nus bibenti suauis est, & uisu pura limpidaq; quum etiā
à præcordiis statim descendit, melior alia querenda
non est. Nam quæ in præcordiis residet diutius, uentri
culum ferit, inflat, grauatq; uitoia censembitur, huiusmo^d
di aqua neque cito calefit neq; refrigeratur, sed quæ in
ipsa elixantur, tardissime pelusq; decoquuntur. Præ
stat itaque taleni aquam experimento discernere. Qui 25
uero notis quoque eam uolet agnoscere, iis quæ dicen
tur attendat. quæ enim ad septentrionem spectat, à so
le auersa, tarde permeat, & indonita lente calescit & re
frigeratur, quæ autem ad orientem peruenas quasdam
terræ pro rupens, citissime calefit, iterumq; refrigeratur
protinus, hanc optimam esse sperandum est. Probatur
item quæ æstate frigidior, hyeme calidior est. Nonnulli
& pondere aquam examinant, leuem præstare creden
tes, hoc igitur si aliis à me commemoratis accedit, com
mendatur, verum sola hæc bona aquæ nota non suffit, 35
cit, quanquam imbrum aqua authore Hippocrate le,

tuisima sit, dulcisima, limpidissima, tenuissimaq; , eo
 quid sol leuisimum & tenuisimum attrahat , ac id
 non ex alia aqua solum , verum ex mari quoque &
 corporibus : quapropter etiam omnium promptissime
 computrescit, ceu diuersis ex qualitatibus consi-
 stata . Nemo autem aquam putrefactioni opportu-
 nam deterrimam esse existimet . nam mutationis fa-
 cilitas uirtuti potius , quam uitio tribuitur . Quæ igis-
 tur aqua optimæ notas haberet, si prompte etiam pri-
 trescat, ea censebitur saluberrima , et si quum mutari ins-
 cipit, occasionem raucedinis, tusculæ & grauitatis uo-
 cis, præbeat . At inter imbrum aquas, aestua quæ to-
 nitru decidit, præstantior est, quam quæ nimbis des-
 missa est . Ex glacie & niuibus aqua, insaluberrima est.
 Nam ea congelascente, tota pars tenuior exprimitur.
 Porro limosam foediq; odoris & absurdas respiens
 tem qualitates, recte decoquens, atque ita meliorem
 redditam potui dabis uino temperatam : si astringit
 dulciori : aliam uero , acerbiori . Nonnullas percolas-
 se expedite, nempe limosas, fassas , & bitumenes refe-
 rentes . Cæterum frigida uehementer aqua à cibo aſ-
 sumi debet, non tamen uniuersim cumulatimq; . Non
 defunt qui cibos & potionem aduersus aquarum uis-
 tia inuenient: ac alii cicerum decoctiones præbibunt,
 uel eadem quoque edunt: alii caecalidem similiiter
 cum pisciculo quadam elixam , item foeniculum: reliq;
 qui betam & cucurbitam sale conspersam cum uino di-
 lutiore præsumunt .

DE LAVACRIS. Cap. LI.

AQuæ frigidæ lauationem ita quidem laudo,
 ut nō illi qui nullo ulctus delectu agunt, ex tisu
 esse dicam, verum sois illis qui eodem accuras-
 to, laboribus, & cibis sicut expedite, utuntur . Porro uulga-
 ribus q amplius interdū refrigerari desiderant, abunde
 est natare p æstatē, si iuvenes sint, carnosī & frictionibus
 ante excalfacti . Sint autē qui aquam ingredientur, neq;

PAVLI REGINETA

uenere, neque alio quodam modo lasfi¹, neq; cruditate
sentiant, neq; uomitu, aut alio inaniti, neq; uigiliis defas-
tigati. Periculofum enim si quis ita affectus frigidæ la-
vacro utatur, Calidum uero balneum & optimum &
tutissimum est: lasitudinem solvit, humorum repletio-
nem per halitum digerit: item excalfacit, mitigat, emols-
lit, flatus ubicunq; decubuerint diffundit, somnum con-
cilit, carne replet. Est autem aptissimum omnibus, &
uiro & mulieri, & puer & seni, & priuato.

DE LAVACRIS NATVRA
libus. Cap. LII.

Naturalium balneorum alia nittum, alia salem,
alia alumnen, alia sulfur, alia bitumen, alia æs, alia
ferrum repræsentant: nonnulla composita ex his
omnibus reperiuntur. Itaque aquarum sponte proueniens
tum uis est quæ deficet & calefaciat ampliter, ac hu-
midis frigidisq; maxime conducunt. Iam uero quæ ni-
trum & salem obtinent, capiti, thoraci fluxione tentato-
stomacho humentiori, aquæ inter cutem, tumoribus la-
xis qui ex morbis proueniunt, & pituitosis sunt accom-
modatae. Aluminosæ sanguinis reiectioni, stomacho
uomitioni opportuno, immoderatis mulierum purga-
tionibus, continuisq; abortibus, utiles existunt. Sulfuro-
se neruos emolliunt, calefaciuntq; & dolores mitigant,
stomachum uero eneruant euertuntq;. Bituminosæ ca-
put replent, instrumenta sensibus distribuendis dieata,
offendunt: si autem quis diu immoretur, calefaciunt, &
temporis processu emolliunt. Quæ aeris naturam oc-
cupant, ori, tonsillis, uua & oculis præcipue conferunt.
Ferti uirtutem fortificat, stomacho & lieni sunt utiles.
Oportet autem in aquam sine tumultu & lente des-
cendere, quo uirtus corpori relaxatio accedens im-
mergatur.

QVÆ VICTVS RATIO QVO,
libet anni tempore sit utilis.
Cap. LIII.

Non alienum est, pro singulis quoq; anni temporebus utrum instituere. Ac hyeme quidem plus tibus uti laboribus, plus esse conuenit, praeferunt diebus aquilonis. Nam austrini laborare quidem similiter, sed minus cibi & potus assumere oportet. Sunt matim humido tempore corpus omnino siccum reddere, quemadmodum in frigido, calidius : carnes calidas comedere & olera, largius bibere oportet. Ac ies re iam ineunte, alius uomitu, alius per aluum euacuari debet alius sanguinis demissione, prout cuiusq; consuetudo & uoluntas fuerit. Per aestatem à laboribus coquiescendum, ciboq; demandum est, qui recte frigidoris erit naturæ: potionē largiore utendum, ac omnia fieri debent, quæ ad refrigerationem humiditatemq; conferunt. At in autumno, quoniā prorsus inæqualis inoredinatus q; est, & omnigenos morbos inuehit, magna uetus habenda sollicitudo est: frigus uitare, concubitu & frigido potu abstine expedire. item frigidus auroræ aer, meridianusq; ardor recte cauebitur, fugaces fructus affatim assumere noxiū est, ut qui non copia tantum obſint, uerum etiam uitiosos procreant humores, & inflationes. Etenim præstantissimi inter ipsos, nempe fucus & uva, flatu partunt corrumpūt q; cibos, nisi ante alios prælumantur: ita uero neq; inflant neq; corrumpunt.

Vbiaer frigidior euadit, corpus pro frigoris ratione calefacere, omniaq; peragere oportet, ceu hyeme aduentante. Nihil mali autem fuerit post æquinoctiuu uacuationem ex commemoratorum aliquo tentare, ne alio quid superfluum in corpore retentum, hyeme faciat negotium.

VICTVS LABORIOSAM VI }

tam agentium. Cap. LIIII.

Si quis in laboribus ultam transigit, considerandum est, priusne ex exerceri consueuerit, an minus: nunc autem exercitio se committens, mediocriter ferat, ita ut non morbo implicetur, continue, facilitate præ-

PAVLI AEGINETA

ditus meatuum, per quos humores noxiū evaportantur.
eiusmodi enim corporis naturam ad aliam consuetudinem traducere non oportet, immo nec eius quod ex longiore temporis interuallo ægrotat. At si assidue quis morbo conflictari uidetur, idq; ex humorum redundantia, eo per totam salubrem uitium rationem, consilium diriges, ut humorum medicocris sit copia; si ob eorum uitia, ut optimas efficias. Qui igitur succis ex æquo redundabitibus scatent, in balneum deduci, deinde frictionem adhibere, & paululum dimoueri prius debent. Quia uero eiusmodi facere antea sunt aggressi si, iis hæc paululum augere, cibo detrahere, eumq; immo becillis materie 10ingerere consulemus. At qui prauos humores colligunt, non uno consilio tractantur, quonia neq; una uitiosi humoris species est. Nonnulli liquidè frigidorem magisq; pituitosam colligunt, alii calidiorē biliosoremq; quemadomum alii atra bilis congeriem magis accumulant. Quapropter singuli, cibo potuq; abstinebunt, quæ collectam ipsis humorum collectionem solent generare. In omnibus autem his communi 20est præsidium aliui subductio.

PROFICISCENTIVM VI
etius ratio. Cap. LV.

F Acillime quis fatigationem ex itinere uitabit, si inunctus sit, & non fortiter incedat. Præterea ad proficisciendi facultatem conductit per æstatem fascia molis digitos sex, aut septem lata, quinq; autem cubitos non minus oblonga, lumbos ad illa usq; complexa. Item baculus ad iter utilis habetur. etenim per de clivia præmissus, corpus quod præcepis ruit, ceu conto cuidam innixum retinet, quum ascendendum est, ipsi intentes facilis in acclivia corpus promouemus. Porro cum in itinere cessamus, unctio & pauxillum cibi ex fructibus qui æstate proueniunt, potioq; modica eo tempore conuenit: à prandio antequam iter arripias mus, conquiescendum est. Si uero necessitas abeun-

di fuerit, & sitis urgeat, tenuis polenta ex aqua cum sa-
lis momento bibetur. astus ardorq; solis caueri debet,
cuinec corpus nudum exponere sed contextum esse
oportet, ne ex itinere siccescens indurescat. Hac enim
ratione, & minus lassatur, & nullum ex praedictis affecti-
bus similiter percipit. Hyeme quam frigus urit, ante quā
itinere accinges, uentre subducto & unctione adhibito
ta hyemaleis cibos copiose assunes, potionem modio-
cam. Cæterum fascia longiore non solum lumbos sed
spinam quoq; & pectus recte inuolues. Requiescenti
autem, si interea uehemens frigus urat, neque ungi, ne
que cibum potum ve assumere præstat, neque alio quo-
dam modo refici debes, si inibi mansurus es. At secundo
dumi longas profectiones, aliosq; ualidos labores, et si
lasitudinem quis non sentiat, non aliter q; lasi curabi-
tur, minus enim sic periculis erit opportunus.

NAVIGANTIVM VICTVS.

Cap. LVI.

Vomitibus quibus nauigantes premuntur, pri-
mum oborientibus nec facile, nec utiliter suu-
currimus: ut quæ omnino magna ex parte præ-
ficio esse soleant. A uomitu autem cibi non copiosi,
nec quilibet offeri debent, sed aut lenticula uti sicca, deo-
coctaq; cui pulegii modicum sit adiectum, aut panem
ex uino dilutiore & odoro maceratum ingerere opor-
tet: potio utilis est modica, eaq; uel ex uino prouersus
aquo, uel aceto mulso. Lenticulam incoqui dum
emollescat conueniet, mox in tenuem puluerem redige
re, inde siccare postea in uas fistile cōdere. At si diutius
crebrisq; uomitus urgeat, ribo uehementiore, quo
supprimatur utendum est, eademq; potione modis
ea, uel aceto mulso cum aqua, in quo thymum aut
pulegium commaduerit: item aqua cum polenta, aut
uino odorato cum polenta diluta similiter recreas-
tio tentabitur. Ad graueis autem nauium odores,
aut mala cotonea naribus admouentur, aut thymus,

PAVLII AEGINETA

ut pulegium. Mare nequaquam aspiciendum est, usq;
um in nauibus uersari assuescas. Aquis porro cura
adhibeda est, ne turbidæ, foedi odoris, ac salis exstant.

Q V O M O D O E X T E N V E T U R

corpus. Cap. LVII.

Quam immodece corpus plenum est, extenuare
re id atq; imminuere oportet. Q uia ergo cas-
tior temperatura gracile corpus reddere uolue-
rimus, inducemos. Didicisti autem uehementes exerci-
tationes, uictum extenuantem, similiaq; medicamenta,
& animi curas, temperamentum siccius, eoque corpus
gracilius efficere. Q uae igitur uictus ratio extenuerit, nul-
li non cognita est: medicamenta uero actiora hæc sunt,
ratæ semen, præsertim sylvestris, cum ipsi corymbis,
aristolochia rotunda, tenue centaurium, gentiana, poliū
quæq; ad urinam clyndam ualentiora sunt, nempe pe-
troselinum: singula namq; hæc & per se & cum aliis om-
nia, humores abunde extenuant, inaniuntq; corpus.

Quinetiam sales extrematis uiperis largiter extenuare
solent: ipsaq; theriae digerit extenuatq;. Item oleum
cui radix sylvestri cucumeris, hibisci, gentianæ, panacis,
et aristolochia sit incocta si illinatur, idem præstat: sic
polium & centaurium. At cibus non statim à balneo
dari debet, sed prius somnus est incidendus. Præstaret
etiam aqua balnei ex iis esse quæ digerant, modo spon-
te sua scaturientem habeamus, qualis est Mitylenæ: sin-
minus, salis florem aquæ marinae commiscebimus, uiz
no utemur tenui & albo. Cæterum frictio secca linteis
crassioribus durisq; adhibita, idem abunde efficit. Ad
hæc oportet cibos magis q; exercitia requirunt, detra-
here. Iuuat itidem plenos sol insuens: nec minus pro-
dest, sine potione seruelli duntaxat die cibum assumere.
item corpus nitro & sale asperiore infricare. In balneis
copiosum nitrum extenuat, paucum, probam corporis
nutritionem excitat. Postremo extenuat & medicamen-
tum, quod

L I B E R I P R I M U S .

25

tum, quod recipit, piperis & petroselini duas portiones, asari, & anisi dimidiam. Hoc & urinæ & alio promoto uendæ efficax est.

Q V O M O D O T E N V E S I M P L E
antur.

M Y R O Cap. LVIII.

Q Vum tenues implere uolumus uinū crassum, cibus crassi succi, exercitatio modica ac lenta, frictio mediocris, & ut summatis dicam, omnia prædictis contraria expedient. Commodū est iisdē & pice, diebus tribus quatuorve interpositis, oblini. Si ielunus aliquis lauetur, ante balneum linteis corpus docet rubescat, inficari debet, tum frictione dura non tam men multa cutem obstruere, quo densa durat, euadat. Expedit igitur sis qui pallido sunt colore prædicti, nec alimentum sentiunt, ab iracundia abstinere, & animi commotionibus.

D E P A R T I V M A T T E N V A

tarum curatione.

Cap. LIX.

EXtenuantur plerisque partes, uel diuturna ipsarum q̄ete, uel deligatur modo qua confracta fasciantur. Itaq̄ virtus partis extenuatē firmati, sanguisq; ad eā elici debet copiosus, frictione moderata, aptoq; motu, & calentis aquæ mediocris superfusione. Hæc sanè tantisper facienda sunt, dum rubescens corpus atq; tollatur, cessandum uero prius quam collabatur. Iam & picationem tali parti, ut dictū est, adhibere congruit. Quum aurē frigidorem partem senseris, linteis ipsum confricare, ac calefacienti quodam medicamine oportet. Vsus sum aliquando & thapsia, nunc cum melle, nunc cum cerato illiens.

O P T I M I T E M P E R A M E N

tinotæ.

Cap. LX.

TEmperatissimus homo est, cuius corporis cōpositio omnium extremonum exalte medium occupat, nempe gracilitatis, crasitiei, mollitudinis, duritiae, caloris, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis:

PAV. AEGIN.

C

PAVLI AEGINETAE

In uniuersum naturae ac animi functiones habet inculpatas: medius quoque est glabri & hirsuti, nigri & albi: piros in pueritia rufos magis quam nigros habet: in uigo re, ex contrario.

IN TEMPERATORVM COR

porum notae. Cap. LXI.

C' Orga moderato calidiora citius dentunt, in crescunt similiiter: tangentibus autem calidiora, minusque pinguis apparent: colore sunt rubido, pilis nigris, mediocriter hirsutis, & latis uenis. At si quis simul & pinguis & crassus latiores uenas habeat, is ob consuetudinem, non natura pinguis euasit. Frigidoris temperaturę nota est, si ad tactum frigidius appetere corpus, glabrumque; si & pingue, color una cum capillis rufus, si multa inest frigiditas, liuens quodammodo & plumbus, uenae angustiores: si gracilis est eo temperamento praeditus, necque is necessario talis, sed ex consuetudine factus est. Arida autem temperies durior est graciliorque; temperata atque hirsuta. durities igitur à secca temperie omnino separari nequit, gracilitas autem non modo natu raleis temperaturas, sed etiam ex longa consuetudine acquistas comittatur. Indicium siccitatis est, si corpus ægre mouetur, siccum, & squalidum à siccantibus euasdat. Humida intemperies cætera quidem temperatę similis est, sed mollior corpulentiorque; ac huius nota inseparabilis est, mollities, quemadmodum & crassitudo que non insitum modo temperamentum, sed ex longa quadam consuetudine obortum quoque comittatur. Percutiare uero humiditatis signum est, corpus ex humidioribus grauari. Calidam sicciamque temperie testantur, corpus maxime hirsutum, facilis pilorum capitum prouentus, iiiiq; nigri, & pinguenter copiosi: processu temporis caluitum sequitur, uenae latæ sunt, sicuti & arteriae grandes, simulque; uehem etiis sine pulsant. præterea totum corpus validum, articulatum, musculosum, pinguedinis expers appetet, cutis dura & nigror. Frigidam humidamque temperatu

LIBER PRIMVS

etiam testatur thorax angustus, totumque; corpus striatum
& glabrum, cutis tenera & alba, capilli subrufi, praesertim in iuuentute, hac prædicti non caluescunt, uerum statim timidi, pusillanimes, pigri, uenis latentibus, crassi pingue, & femoribus & musculis indistincti, inarticulati, blesci, magna parte fiunt. At si humiditas frigiditasque; magis fuerit adaucta, color uniuersus cum pilis rufis uidetur: si plurimum increuerit, liuescitur. Porro calidum a chumidum temperamentum mollius carnosiusque; optima tempore existit: autem amplissime, putridis affectibus optimum est. Quuin autem paulo humidius, multo calidius est, eo donati moliores paulo corpulentioresque; temperatis existunt, hispidiores multo, ad tactum calidiores apparent. At si frigiditas pariter cum siccitate ex aequo augescit, corpus erit durum, gracile, album, non musculorum nec articulatum, pilisque; tenui, tangentibus frigidum deprehenditur: pinguedo tamen, gracie licet eiusmodi existat, carni inspersa est, color autem capillorum frigiditati respondet. Quod ad animi motus pertinet, pusillanimes, timidos & tristes eiusmodi temperamentum efficit. At, ut semel expediam, in consueta temperaturis semper euincientis qualitatibus notare superare solent.

DE CAPITIS FORMATIONIS

ne. Cap. LXII.

Exiguum sanè caput prauam cerebri structuram proprie notat: magnum uero non necessario bonum testatur. Si nanci, tale insitæ virtutis materia probam multamque; suppeditantis robore factum est bonum indicium: sin ex solius materia copia, non item. Verum distinguere ea conuenit figura, & iis quæ inde prouenerint. Figura quidem, si omnibus numeris absoluta, hæc enim semper bona est constructio: iis quæ inde proueniunt, num optime sint affecta, ac si neruea ipsi pars integra, bene habita ualens, sique; oculi acriter cernunt. In acutum fastigiata capita, deficientem

PAVLI AEGINETÆ

In fronte uel occipite habent eminentiam, aut magis q̄ decens est, auctam. Quemadmodum igitur paruitate, ita has quo p̄iutuperamus figuræ, quarum nonnullæ, quatuor raro, bonæ sunt, qui formans scilicet uis haud inualida fuerit.

TEMPERATVRÆ CEREBRI

notæ. Cap. LXIII.

Cerebrum temperatum mediocritate animi functionum & recrementorum constat, minime q̄ ab omnibus exteris offenditur. Talium pili capitis in infantia subrufi, pueritia subflavi apparent: ubi adoleuerint flavescent, atq̄ in mediis exalte inter crisspos ac simplices habentur, nec facile caluescent. Si uero calidius tēperato extiterit, omnia quæ circa caput existunt, & calidiora, & rubicundiora apparent, oculorum uenæ prominent, capilli his in lucem ædit protinus oriuntur. Iis autem qui multo sunt calidiores, nigri, ualidi, & crisspi: qui non multo, iis flavi primum, deinde nigri proueniunt, procedente ætate caluescent, interim his recrementa sunt exigua & inculpata fruuntur ualetudine: capite uero à calefacientibus cibis, potu, odoribus & foris antecedentibus implentur grauanturq; modicus somnus in huiusmodi temperatu is sufficit, neque is profundus admodum. Frigidius ac conuenti cerebrum fatentur, excrementa copiosiora per meatus ei peculiareis manantia, capilli redi, rufi, firmi, & facile à frigidioribus causis laeduntur, destillationibus & grauedinibus continue infestantur, oculorum uenæ latent, somno maxime premituntur. Siccoris cerebri nota est, si nihil excrementi emanat, sensuum acrimonia, uigilæ, capilli sunt robustissimi, statim ab ortu, ac iis crisspi magis, uerum ex facili caluent. Humidioris autem, capilli simplicis planiq;, & nequaquam caluitum experintur, sensus turbulens, excrementorum copia, somnus multis & profundus. Calido & sicco cerebro prædicti, recrementis carent, exastos sensus obtinent, uigilatissimi sunt, facile caluent, pri-

mūm uero capilli celerrime ipsis proueniunt. & pleniss
 simi, nigri, calidi ad tactum capitū rubriq; usq; ad uigor
 rem apparent. At si calori humiditas accelerit, ita ut
 utraq; paululum excedant mediocritatem, colorati cali
 diq; lunt, uenæ oculorum grandes excrementa pleniora
 mediocriter concocta, capilli recti subflavi, caluitum
 haud facile experientur, uerum caput calefacientibus
 humectantibusq; impletur grauaturq; Vbi uero utraq;
 increuerit qualitas, caput morbidum euadit, facileq; ex
 calidis & humectantibus noxam contrahit, eiusmodi tē
 peramento p̄aditi, uigilare diu nequeunt, dormientes
 autem imaginibus per insomnia torquentur, oculi calis
 gant, non exacte sentiunt. Frigida nero simul & sica tē
 peramenta cerebri, frigidum pallidumq; caput efficiunt,
 oculorum uenæ non extant, à frigidis cibis similiter of-
 fenduntur, eoq; inaequali ualeutidine fruuntur, sensibus
 per adolescentiam exactis inculpatissq; processu tempo-
 ris subito contabescunt: summatis omnes capitū par-
 tes cito consenserunt, capilli à natali die uix erumpunt,
 exorti non aluntur, rufescuntq; Humidum frigidumq;
 temperamentum cerebri, reddit soporosos, somnolens-
 tos, sensibus uitiosos, excrementicos, frigori opportu-
 nos, capitū repletioni, destillationi, grauedini obnoxios
 non tamen hī caluitum experiuntur.

VENTRICULI TEMPERATV
 rae nota. Cap. LXIII.

Ventriculi natura siccioris indicium est, si confe-
 stim eo donati sitiant, modico contenti potu,
 largiore grauentur, fluctuationibus affligantur,
 eo quod redundant in ventriculo supernatante, cibisq;
 delectentur siccioribus. Humidiorem notant, si nulla sis-
 tis urget, & largior humor non molestat, cibiq; placent
 humidiores. Calidior natura ventriculi melius sanè con-
 coquit q; appetat, & dura potius, quæq; difficulter pos-
 sint immutari, copia ciborum potusq; oblectatur, neq;
 à frigidis, modice uisa, quicquam incommodi percipit.

C iii

PAVLI EGINETA

Frigidior, appetendo quidem ualeat, concoquendo mis-
nus, præsertim si contumacia frigidaq; alimenta assum-
perit, quæ facile in eo aescunt, frigidis quidem gau-
det, sed immoderatus assumptis prompte offenditur.
At intemperies ex morbo contractæ hac ratione ab ins-
titis differunt, quod contraria sibi non similia appetant.
Si igitur uenter probe concoctionem obit, tempera-
tus: si non concoquit, intemperatus est. Item si nidoros-
os ædat ruetus, immodicum etiam feruorem igneum
fatetur: si acidos contrarium. Rursus si rebelles conco-
ctioni cibos conficiat, immodicum: si pisces cōcoquat,
illos minus, imbecillum. quod num ex humore quo-
dam aliunde influente accidat, considerare oportet.
Etenim pituitosi, acidum: biliosi nidorosum, graueos-
lens, aliasq; extraneas qualitates ruunt. Committunt
autem utriscq; nausea superuenit, uerum si uitiosi humo-
res in concau uentriculi spatio supernatēt, uomitu rei-
ciuntur. qui autem corpore uentriculi contenti, tunicis
eius adhærescent, frustra ob inanem ad uomitum nau-
seam conturbant.

PVLMONIS NOTÆ. Cap. LXV.

Non modo uentriculus situm, uel adfert, uel ar-
cet, ac frigidæ calidæq; potionis appetentiam,
sed etiam quæ in thorace continentur uisce-
ra, cor, pulmo, &c. iecur. Itaque calida pulmonum tem-
peratura prædicti si biberint, non statim situm definunt, ac
frigida potio magis q; calida admodum situm ipsorum
restinguit: frigidus autem aer inspiratus refocillat, quum
nihil uentriculi uito sitibundos soletur. Hac ratione
qui econtrario affecti sunt, a frigido inspiratu sensibilem
molestiam percipiunt, quod maximum pulmonum frig-
iditatis indicium est, adeoq; pituitam screatu cum tulsi
si reiiciunt. Sicci autem pulmones excrementis carent,
et pituita quemadmodum humili, excrementum ob-
scuram raucamq; uocem efficiunt: ac inde multa re-

crementa per os egeruntur, ubi aut uehem ētius, aut tacu-
tius quis loqui studuerit.

CORDIS NOTÆ. Cap. LXVI.

Cordis calidioris notæ sunt, respiratio magna,
pulsus uelox & creber, iterum audacia, furioſaq;
ferocitas: thorax tali præditis hirsutus, præser-
tim ad pectus existit, ac ea quæ præcordiis propinquæ
sunt: magna ex parte totum quoque corpus calidum,
nisi iecur ualide renitur. Etenim thoraci latitudo ca-
lorem notat, præterquam si & hic cerebrum ualde refi-
stat. Porro cor frigidius, pulsus mediocri minor ostendit, ac qui tale habet, timidi natura sunt & pusillanimes,
præcipue si pectus ipsi sit glabrum. Cor siccus pulsus
edit duros, iram excitat non procluem, sed feram &
quæ non facile queat placari, uniuersumq; corpus redi-
dit aridus, nisi iecur repugnet. Humidius cor testantur,
pulsus molles, mores ad iram proni, sed quæ facile pa-
cari posit, ac totum corpus humidius, nisi iecur resistat.
Calidum & siccum cor ostendunt pulsus duri, magni,
ueloces & crebri, ite respiratio magna, citata & freques.
hoc donati corde, maxime hirsutum pectus, nec non
præcordia obtinet, impigrit tractandis negotiis, furibus
di, feroce, moribus tyrranicis, ad iram proclues, quæ
non facile conquiescat. Si autem humiditas cum calo-
re superauerit, tales minus hirsuti sunt q; commemoraq;
ti, prompti functionibus obeundis, neque tamen fero
animo, sed ad iram prono duntaxa existunt, pulsus in
eis magni, molles, citati & crebri. Humidioris frigidio-
risq; pulsus quidem molles, mores autē pusillanimes,
timidi, & pigritialium pectora pilis uacant, ac nequaq;
quam furunt quemadmodum neque ad iram pros-
clues sunt. Frigidum & siccum cor, pulsus duriores
& exiguos efficit, huiusmodi corde donati minime
omnium iræ sunt obnoxii, sed ubi semel eam con-
ceperint, diu retinent: pectora ipsorum, omnium mi-
nime sunt hirsuta.

PAVLI AEGINETÆ
IOCINORIS TEMPERATV^O
rx notæ. Cap. LXVII.

I Ecoris calidi notæ, uenarum latitudo, flaue bilis co-
piæ, per ætatis uigorem, etiam atre sanguis calidior,
eoq; totum corpus existit, nisi cor obſtiterit: præcordia
et uenter pilis obſita sunt. Frigidioris indicium, ue-
næ angustæ, pitura copiosior, sanguis totusq; corporis
habitum frigidior, niſi à corde incalſcat: præcordia &
uenter pilis uacant, ſiccus iecur teſtatur, sanguis cras-
ſor minus q; redundans, uenæ ſiccæ, ac uniuerſa corpo-
ris habitudo aridior. Humidioris notæ ſunt, sanguis co-
piolus & humidus, uenæ molliores: ſic etiam totū cor-
pus, niſi cor reſtiterit. Calidi ſimul & ſicci indiciā ſunt,
præcordia maxime hirsuta, ſanguis crasior ſimul &
paucior amara copioſifima, ac in ætatis uigore,
atra, uenarum latitudo duritiesq;: pari modo & totum
corpus calidum ſiccumq;. Si quidem calor à corde pro-
cedens, frigiditatem à iectore prouenientem potest
euincere, ſic citatem uero non potest cor humidius ad
contrarium perducere. Conſtat autem quod si in idē
utriusq; principii temperamenta concurrerint, totum
omnino corpus illorum ratione affici. At humidum ſi-
mul & calidum lecur, minus q; calidum & ſiccum præ-
cordia efficit hirsuta, plurimum uero ſanguinis, uenas
grandes, habitum humidum & calidum, niſi cor obſi-
ſat. Q uod si utraq; qualitas longius à nature modo
recesserit, morbis qui ex putredine uitioq; humorum
habent originem, corripiuntur: idq; magis, ſi plurimum
humiditas, parum calor increuerit, ac humoribus uitio
ſi fiunt. Cæterum humidius frigidiusq; glabra reddit
præcordia, ſanguinē magis pituitosum, uenas angustas,
totumq; corpus ſimiliter afficit, niſi cor ad contrarium
deducat. Frigidum ſimul et aridum iecur, exiguum ſan-
guinis creat, uenas arctiores, corpus frigidius efficit, præ-
cordia glabra, niſi & hic cor ſuptauerit.

LIBER PRIMVS.

29

TESTICVLORVM TEMPERA
tura notæ. Cap. LXVIII.

C Alida testiculorum temperatura, ad libidinem proclivis est, fœcūda, & masculos procreat par teis genitaleis celeriter hispidas efficit, ac uicinas etiam attingit, Frigida, contra. Humida, copioso ac hu meco semine abundat. Sicca, pauci & crassi seminis efficax est. Calida & sicca tēperies mediocriter crassum semen progignit, etq; fœcundissima, ac celerrime ad libidinem iam inde ab initio animal incitat. Tales itaq; testiculi hispida statim genitalia, eorumq; uiciniam efficiunt, sursum, usq; ad umbilicis regionem: infra, usq; ad media femora. ac eiusmodi temperamentum abunde uenerem commouet, sed celerrime satiatur, & si compellatas, offenditur. Porro si humiditas calori fuerit coniuncta, hispidos reddit: qui copioso licet semine magis abundant non tamen magis q; alii appetunt, minus autē frequentiori concubitu laeduntur: si autem urragē & humidum & calidum impense creuerint, non sine noxa à uenere abstinent. At humili frigidisq; temperamento testiculis, uicinas partes glabras reddunt, ac tarde concubere incipiunt, neque ad actionem expediti sunt, dilutū, tenue, & inualidum semen, ac fœminæ efficax prosciuit. Siccum frigidumq; temperamentum, alia quidem similia prædicto, crassius autem semen & plane exiguum progignit.

Q VÆ PRÆTERMISSA

sunt. Cap. LXIX.

S Ingulæ corporis nostri partes peculiarem quan dam & temperaturam & uim fortitæ sunt: omnium vero notas hoc loco exponere necessarium non esse duco, quin infinitæ propemodum sint, & nos cō pedium scribere proposuerimus. Porro de iis egimus, quæ potissimum totum corpus confortii quadam le ge afficiunt, de reliquis eadem ratione & uia considerare præcipimus, temperamenta ipsorum tum ab excessu

PAVLI AEGINETA

mentis,tum ex reliquis functionibus,tum iis quæ super
ueniunt agnoscentes.Tempestuum igitur est, ut oratio
ne conuersa,doceamus quomodo totius corporis in
temperies corrigi debeat.

Q VOMODO CALIDA IN TEM
peries corrigatur. Cap. LXX.

Q Vum itaq; in calida intemperie bili superet,
per inferiora descedit,notum est omnibus,nul
lum oportere negotium facere: si ad super
tiorem uentriculum tendit, uomitu, qui post exercitatio
nem ante cibum facta aquæ potu cietur,euacuare. Utio
lius autem exercitum ip[s]is est,quod non uehemens ua
lidumq; est, sed remissius lenius q;. Nonnulli uehemens
ter calidi nequaq; excitationem requirunt,uerum ob
ambulatio balneumq; ip[s]is sufficit,iidem lauacris quo
que secundum cibum oblectantur. Quibus adiuncta
est siccitas,hi ratione uidus humectante indigent,ex ci
bis humectis,balneis,& exercitorum ualétiū & muls
torum abstinentia. Quare per astatem citius lauare,
& à cibo rursus debent frigida hos potio iunat. Ve
rum siccis temperamenti uenüs maxime est inimica:
cauetur ip[s]is recte lasitudo , aestus , solicitude & ui
gilitate. Humida intemperies in pueritia morbis patet , q
defluxionibus,plenitudini & præterea putredini ferun
tur accepti. Itaque ex usu est multa exercitatio,proba
in uentre concoctio , excretioq; per urinas . quapro
pter si uel ante cibum bis terre ex aquis natura calidis
lauentur,magnum sentiunt præsidium. Porròne deflu
xionibus tententur,prospiciendum est, lauacris , multa
excitatione , urina ante cibum aluoq; inanita. Ni
hil autem prohibet, etiam apophlegmatinis non
nunquam uti,& purgationibus,cibis boni succi,& uiño
quod urinam moueat.

Q VOMODO FRIGIDA IN
temperies emendetur. Ca. LXXI.

Intr frigidas intemperies, tres numerantur differentes, ex quibus secca est deterima, quod enim processu temporis senescentibus obuenit, id statim ab initio hos affigit. Itaque humectare eos & calefacere oportet, quod commode fiet exercitiis mediocribus, cibis humido & calido, uini calidioris potu, somno pleniore, ita ut curam adhibeamus, ut quae in corpore recrementata quotidie procreantur, omnia euacuentur. Cæterum uenus omnes sicciores, & præsentim qui ad hoc frigiditatem sunt, offendit: solis autem calidis humidisque tuta. Porro uitiosaque frigida temperamenta sunt, qua humiditatem habent coniunctam, ut quae fluidis morbis maxime implicantur, his prodest balneo abstinere, largius exerceri, uiuere tenuiter, unguenta mediocriter calida adhibere. Qui autem frigidiores natura, mediocriter siccum humidique sunt, horum calor Lexercitationibus & scitari firmarique debet, quantum ad totius uitius ratione attinet, eam quae inter humidum siccumque media est, deligere oportet.

QUOD OMODO SICCA TEMPLUM
ries in uentriculo, ueluti exemplo, deinde &
alia corriganur. Cap. LXII.

In intemperies secca, nūc est, ubi solida similarium partium substantia reddit a siccior, quando nihil in medicina spei est: nunc quum propria humiditas unde partes nutruntur omnino est absumpta: quae continentur in omnibus animalis partibus, roris modo eis inspersa. hanc igitur particulis sine nutrimento inserere, nulla ratione queas, ideoque difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. At quae in propriis cibis iusque particulae exilibus arteriis uenientque constitutae, cibas, curationem recipit, si singulas similarium partium propria humiditate, humectantis alimenti auxilio repleas. Balneum igitur temperatum conuenit, in quo longissime uersari hominem expedit: inde statim lac exhibere asinum, quod recens mulctum

Instaurandum ex
Cribasico.

PAVL I AEGINETA

fuerit, & pauxillum mellis tepidi adiectione habeat. pos
te a conuiescere ad secundam usq; lauationem per-
mittes, tum modice fricabis simul & pinguis, utiq; si
lac quod sumpsit, iam omnino conficit, id quod tu ex
ructu tum uentris mole licet conlicere. modicum uero
temporis inter primam & secundam lauationem, inter
uallum erit, ut quatuor, aut quinq; æquinoctialium ho-
tarum spatium inter sit, scilicet si tertio adhuc lauare pa-
ras, si aliter, plurimum. Quinetiam post unamquamque
lauationem, hominem, priusquam se uestrat, oleo perun
gemus: ac si quidem lacte oblectatur, post secundam quo-
que lauationem id exhibebis: si aliter, ptisanam diligē-
ter incoctam, aut chondrum ptisanæ modo præparatu-.
hinc ubi rursus conqueritur ad tertiam reducendus est
lauationem, aut illico ad coenam. Sit autem panis præ-
paratus illi purus, & qui curioso in furno sit coctus. ob/
sonium quoque ex faxatilibus pīscibus, aut ex albo iu-
re asellus, & ut paucis aliumenti summam complector,
concoctu sit facile, nutritius, minimeq; glutinosum &
excrenentium, potus, uinum aquosum & album, pu-
rum, & quod minimam, si diluitur, aquæ missione sus-
stinet, oligophoron Graeci nominant, modice astrictio-
nis particeps: atq; hæc maxima siccitatis curatio est.
Modica uero non tam exacto uictu indiget, & plenior
rem cibum admittit. Proponatur autem & nunc siccis
tas priori similis, copuletur q; el frigiditas mediocris: ergo
calefacientis materia tantum tam diuersis admiscendū
est, quantum particula ad frigidius inclinavit: lacti quis-
dem mel copiosius adiicitur: uinum autē minus aqua-
sum priore dabimus. Quinetiam esculentia omnia cali-
diora, idq; non naturalibus modo ipsorum tempera-
mentis, uerum recentibus ex igni qualitatibus, exhibent
debet. Nardino præterea unguento ungēdus assidue
uenter est, aut mastichino. At uero si cum siccitate inten-
perie multa sit frigiditas, primum ipsam difficillimam
& uix emendabilem censeto: eisdem uero medicamen

vis utere, & melle per se discocto dispumatoq; : uitium autem eliges semper antiquius. Optimum sanè medio camēum talibus omnibus est, quo picatores quotidie utuntur. Ergo illinere eo totum uentrem conueniet, ac post auellere etiamnum calidum. Cæterum ex iis quæ uétri extrinsecus applicantur, boni habitus puellus una sic accubans, ut semper abdomen eius contingat. Huic siccitati iuncta caliditas esto mediocris. In eiusmodi intemperie primum curationis modum seruabimus, ita ut mel prorsus non degustetur, uitium uero exhibeat quod minime sit uetus, iam cibos egelidos & lacertos offeremus, & uentriculum oleo tum crudo tum melino perungemus. Verum hos uehementer admoto refrigerare periculosum est, quandoquidem hæc affectio febris quodammodo naturam, ubi calor superarit, imitatur. Fingamus itaq; rursus calidam intemperiem præpollere, huic autem adiunctam esse modo humiditatem, modo siccitatem, frigida ipsam aquæ potu curabis, ita optime facit elus ciborum astringentium, sed qui citra calorem sint austeri. Quum humida sola intemperies est, siccantes cibi, ita ut non calefact refrigerentq; ualide, auxiliantur, ad hæc consuetæ positionis penuria. Si cum frigiditate humida urget intemperies, optimæ remedia sunt, omnia acria, misceri autem his debent, quæ sine manifesto frigore astringunt, optima simul his est exigua potio, eaq; uins ualde calefacientis. Hoc igitur modo intemperies qualitatum curantur. Quoniam uero saepe in ipso uentriculi sinu contentus humor, interim autem in ipsas uentriculi tunicas impastus, intemperiem procreat, non alienum est de his differere. Prior itaque affectio si semel radices egerit, purgatione per uomitum facile conquiescit, si autem rursus ex alia quapiam aliisve particulis confluxerit, exactam requirit dignotionem, curatio uero statim subsequetur. Etenim uniuersam eam parti affectæ oportet accommodare, cura adhibita, iis quæ recipiunt, ne facile

PAVLI AEGINETÆ

quæ confluunt admittant. Fiet autem hoc astringētibus
& iis quæ totum corpus ad bonam habitudinem per-
ducunt. At uitiosos in uentriculi tunica humores mea-
criter purgantibus educemus, cuiusmodi est aloe & ex
ea confectum medicamentum amarum quod hiera pi-
tra dicitur. Verum quibus lenta pituita uentriculo impa-
cta est, iis prius exhibenda sunt quæcūq; hanc dissecet.
deinde purgatio tentanda; Quod si ad uomitum sunt
idonei, commodum est per radiculam ex oxymelite
uomere, sin nec lentes humor sit nec crassus, utiq; abū-
de est à pīsanæ solius tremore uomuisse, item à mul-
sa, proficit & si mulsæ in qua absinthium incoctum sit,
bibatur. Cæterum reliquarum partium int̄epries haud
absimiliter curare oportet, ita ut humores ad idoneos
meatus deducas. At si particula sensibilem meatum per
quem humores effluant, desideret, redundantem in ea
uel saniem uel humores, quemadmodum si spiritus id
quod continetur, flatulentus sit euaporatu discutere ac
vacuare conuenit.

DE ALIMENTORVM FA cultatibus. Cap. LXXIII.

Q Vum de alimētorum facultatibus sermo pars
sit operis quod de sanitate tuēda præcipit, pro-
ximum est, ut iam dictis eum subiectamus, ubi
prius q̄ particulatum ipsa persequamur, paucula quædā
prælibauerimus. Q uippe alimentorū uireis, si qd aliud
perceptas habere conuenit. Q uæ igitur attenuandi uit-
eum obtinent, meatus aperiunt, uiscofa adhærefcētia
abstergunt, crassa incidū extenuantq;. Q uod si diutius
ea in cibo adhibeas, serosa biliosaq; contrahes recrē-
ta, ac si uberius ingeras, sanguis atra bile uitiosus reddi-
tur. Q uare continuis ipsorum usus, præfertim biliosis
temperamento uitari debet, convenient autem solis iis,
qui pituitam, humorēmq; crudum lentum, & crassum
collegent. Porro quæ incrassandi uiribus constant, ua-
lent admodū materiæ sunt, & si in uentriculo ac iecis

nore decenter fuerint concocta, boni succi sanguinē p̄ducunt, sed si enem & iecur obstruunt. Ex his alia sunt crassi duntaxat succi, ut lenticula: alia viscosa, sicuti malo uæ: quibusdam utraq̄ cōtingunt, nempe ut & crassi sint succi, & glutinosa, ut testaceo tegmine prædicta. Itaque uitius extenuans ad sanitatem tuendam tuior, q̄ qui incrassat, existit. Quum uero imbecillis sit materiae nō robur ac uireis corporibus suppeditat, ac oportet nonnunquam ualentis materiae cibum, quum inedia quedam presit, mediocriter exhibere, præsertim uero citra periculum assumunt, quise se exercent, & quantum libet dormiunt. omnes autem quibus ante cibum exercitari non licet, crassi succi alimenta euitabunt. Imò neq; in otio degentes eiusmodi cibos assument. Porrò quemadmodū sumus mū otium maxime ualetudini tuendæ obest, ita medio crisi motus summū adfert præsidium. Cæterum mediocriter materiae cibi omnium sunt laudatissimi, ut q̄ mediocriter consistentia sanguinem procreant. Talis itaq̄ cibus corporibus nostris congruit: qui uitiosos humores gignit, noxius est, eoq; semper caueri debet. Iam & varia ciborum genera assument, cautio est, præsertim si ex diversis constant facultatibus. Non enim ingesta concoctionem, ut par est, fortuantur.

DE OLERIBVS. Cap. LXXIIII.

Lactuca manifesto & refrigerat & humectat, eoq; somnum accersit, ut autem inter olera ualenter nutrit, ita boni succi sanguinis efficax est. Intybus frigidi humidiq; temperamenti, sed minus q̄ lactuca existit. Malua refrigerat quidem, sed non euidenter, magis autem humectat: unde etiam aluum subducit, idq; propter genuinam eius viscositatem. Beta absterioria inuentrem subducit, eoq; stomachum largius comesta erodit, iecoris lienisq; meatus obstruit. Braslica bis cocta si edatur, aluum cohabet: semel autem non tamen uehementer cocta, cum oleo & garo, vel sale comesta, magis subducit, quemadmodum succus ipsius & lenticulae

PAVLI AEGINETÆ

efficacius purgat. Hac magis adhuc marina brasica al-
num manifesto emollit, salsa, & subamarata idem præstat
halimon ut quod acriorem qualitatem falsam repre-
sentet, brasica uero magis stomacho cōducti, seu alti-
tione modicæ compos, lac autem & semen produ-
cit. Blitum & atriplex humida quidem uentre soluunt,
sed parum alimenti præstant. Omnia spinosa ut car-
dius, atractylis, eiusq; generis alta stomacho præter ci-
naram conducunt, qua malisucci & dura existit, qua-
propter optimum est incoctam cum oleo, garo, et co-
riandro assumere. Apium, hippopelion, sion, & smyr-
nium, omnia urinæ ciendæ sunt, sed smyrnium odora-
tum, magis acre urinæ ducentæ proficit, & mulieribus
menseis commouet: apia sua iora sunt, ideoq; stomac-
ho magis amica. Eruca calida est, & seminis efficax,
ob quod libidinem & capitis dolorem, quam cephaz
læam dicunt, excitat. Nasturtium, oicumum & sinapi, cali-
da quidem & acria, sed maxime nasturtium: concoctu
uero difficultia, stomacho inimica, & uitiosi succi. Vrtica
extenuat uentre subducit, modice alit. Gingidion si-
mile est scandici astringens & non parum amarae qua-
litatis particeps. præterea stomacho congruit, ut etiam
cibum respuentibus cum aceto assumptum, proficiat:
parum uero alimenti corpori ministrat. Porro sylvestria
dicta olera maxime uitiosos gignant humores. Cappa-
ris cibi cupiditatē priorit, jecoris hienisq; meatus ape-
rit, pituitam subducit. Utendum uero ea est ante cibum
alium, ex oxymelite aut oxelæo.

DE ASPARAGIS. Ca. LXXV.

Blli, lachneæ, atriplicis, maluæ & betæ planta qui
dem humida est, asparagus autem siccus. Con-
tra, raporum sinapis, radiculæ, nasturtii, pyrethri,
brasicae, omniumq; aliorum quæ calida sunt, planta q/
dem siccæ, asparagus autem humidus est. At à spinosis
stirpibus, hortensis, & qui in frutetis seu uliginosis locis
nascuntur asparagi, item qui à bryonia decerpuntur, sto-
macho

macho quidem utiles sunt, & urinam citant, sed inualide alunt. At si probe coquantur magis q̄ li qui ex oleribus sumuntur nutritunt. Cōsimili modo & chamædaphnes asparagus efficit.

D E R A D I C I B V S Q VÆ C I B I
Rationem obtinent. Cap. LXXVI.

- N** Apus & rapa si bis coquantur, nihil minus q̄ reliqua stirpes alunt, continue autem assumpta crassum succum procreant. Bulbi astringunt,
- abstergunt, cibi cupiditatem mouent, stomachum confirmant, & viscosos ē thorace humores elicunt: bis in coctū ualentius quidem nutritunt, sed nihil emoliuntur, amara ipsorum qualitate sic abolita præterea semen genitale augent, libidinemq; excitant, inflationes & tortiſ na, modo largius eis utare. Quod si ex garo & oleo edantur, suauissimi sunt, fatus discutiunt, ualenter alunt, concoctū faciles. Pastinacæ uero, dauci & cari radices minus q̄ rapa nutritunt, calent tamen odoratæq; sunt, & urinam manifesto cident, abutentibus uitiosos humores gignunt & ægre concoquuntur communī radicum ratione. Nonnulli sylvestrem pastinacam daucum nominant, efficaciore ad urinam ciendam uirtute præditum: radicula extenuandi calefaciendiq; uireis obtinet sumitur recte ante cibum ex aceto aut garo, alii ducendæ gratia: secundum cibum, nequaquam. Cepa, allium & porrum, acri uirtute donata, corpus calefaciunt, extenuant, & crassos in eo humores incident, bis cocta, patum alunt: cruda, omnino nihil. Atqui allium magis meatus referat, humoresq; discutit. Sunt autem porris ficiora ameloprasa, utpote sylvestria. In totum omnia cruda olera, si edantur, peiores q̄ costa succos procreant, ac plus humoris excrementiū continent. Verum quæ condita uel muria uel oxalme reponuntur, stomacho profundunt & appetentiam excitant, crudos humores incidunt, sed ægre concoquuntur: & si abutare, uitiosos succos gignunt.

PAV. AEGIN.

D

PAVLI AEGINETA
DE TUBERIBVS ET FVN-

gis. Cap. LXXVII.

Tuber humorem de se reddit qualitatis exper-
tem, sed frigidorem & crassi succi. Fungi uero
frigidi pituitosi & mali succi sunt: in his ipsis mi-
nus nocentes boleti sunt, qualitatis expertes, si probe
coquantur. Qui uero ammanitae dicuntur, secundum
ab his ordine obtinent: alii fungis abstinentem, plerique
siquidem ipsorum lethales. Ac si ipsi boleti nisi exactius
decocti edantur, periculi occasionem præbent.

DE FRUMENTACEIS.

Cap. LXXVIII.

Eorum quæ frumentacea nominantur, chondrus
egregie nutrit, & glutinosos part humores, uero
plus ex eo confecta nocet, quoniam q̄ primum
crassescens incocta permanet. probatur magis succus
ipsius ex integro chondro bene decocto expressus, prius
fanæ similis, Alica in cæteris chondro quidem respon-
det: sed alium magis astringit. Triticum, elixum sanè,
coctu difficile est & inflationes creat: ubi uero conco-
ctionem expertum est, alimentum præbet ualentissimum.
In panem autem coactum, minus inflat, minusq; ægre
concoquitur, utpote fermenti & salis particeps. Inter pa-
nes firmissimus est, filagineus, deinde ex similia, tertius,
a quo cribro nihil excusum est, Græci syncomiston ap-
pellant, cibarius panis minus nutrit, sed magis, per aliu
delicitur. Amylum parum alimentum præstat, quemadmo-
dum & panis elotus. Ordeum frigidæ facultatis est &
absterioræ: prius modo incoctum, humefat: torre,
factum, quemadmodum in polentis fit, desiccatur. Polēta
per æstatem ante balneum cū aqua pota, situ medetur.
Panis ordeaceus fragilior est, & parum nutrit. Maza dif-
ficilius concoquitur q̄ panis ordeaceus, inflationesq;
gignit: melle autem adiecto aluum citat, Auena & calo-
da est, & imbecillis materia. Milium & panicum refri-
gerant, siccant, pauxillum nutrunt & aluum cohibent.

Omnino autem milium panico est præstantius. Oryza
uix concoquitur, parum nutrit & uentrem retinet. Porro
ptisana in hunc modū coquitur: uni eius parti aquæ
quindicim & olei momentum adiciuntur, ubi ebullies-
tint acetum quoq; addes, quiniam exalte cocta fues-
rit, sal tenuis superinicitur. Nonnulli porrum & anethū
et miscent. Cæterum auena chondrusq; in ptisanæ mo-
dum decoquuntur.

DE LEGVMINIBVS. Ca. LXXIX.

X leguminibus, lenticula uitiosi succi est, & atrem
ibilem producit, imo etiam, præsertim bis cocta,
aluum cohobet, decoctum uero ipsius cum oleo
& garo potum aluum prorit, at quia inflationes mos-
uet, satureria uel pulegium admiscendum est. Fabæ leues
sunt, inflant & abstergunt. Aegyptia autem faba humi-
dior nostra est, & excrementitia. Pilum laxum quidem,
non tamen adeo flatuosum est. Cicer inflat, abstergit,
genitale semen auget, libidinem incitat, & calculos con-
stringit; frictum, minus quidem inflat, sed ægre concoq-
tur. Lupinum concoctioni rebelle, haud facile transmitti
tur, crudi humoris efficax. Fœnugræcum si ante cibum
sumatur, calefacit, & aluum mouet, Erilia & phaseolū
macerata donec radices succreuerint, ex garo ante cibū
sumpta, aluum subducunt, ac plusq; fœnu græcum ali-
menti exhibent. At phaseolum quod & dolichon ap-
pellatur, integrum cum filiquis uiride comedunt, excre-
mentorum est efficacius.

DE FVGACIBVS FRVCTI
bus. Cap. LXXX.

C vcurbita refrigerat humestatq; & uentrem sub-
ducit, sed parum alit. Pepon in totum uitiosi suc-
ci est, frigidus, humidus, & uomitioni dicatus: nō
coctus, bilē generat, semē eius urinā citat & calculos in
renibus cōstringit, ac in totū, abstergit uehem éter. Melo
pepon omnia qua de pepone dicta sunt, inualidius effi-
cit. Cucumer minus pepone frigidus humidusq; est,

PAVLI AEGINETÆ

sed acris cit urinam, difficilis concoctu & uitiosi succi,
etiam si coctus fuerit. Summatim omnia poma refrigerant
humectantq; imbecilliter alunt, & uitiosum humo-
rem proligunt.

DE ARBORVM FRVCTIS
bus. Cap. LXXXI.

Ficus & uvae inter omnia poma principatu obti-
nent, ut quæ minus uitiosos humores generent,
& magis nutritant. Inter hæc ipsa fucus probrioris
succis sunt, ualentioris q; materæ alio & urinæ ducedæ,
renibus purgandis, idoneæ, præsertim admodum matu-
ræ. Idem præstant carica, q;q inflationes & sanguinem
non probum pariant: eoq; frequentius usurpatæ, pedis-
culos procreant. Vvae si non descendunt, nullam cōco-
tionem experientur, immo etiam crudum humorem ge-
nerant: si uero deficiuntur, moderatores sunt. Vuae pas-
sa alii calidiores sunt, stomacho gratores, ualentius
alunt, sed minus subducunt aluum. Mora quæ alias lycâ
mina Græce appellantur, impense humectant, mediocri-
ter refrigerant, ac ante alios cibos præsumpta, uentre-
m solvant, non admodum ingrata stomacho, sed exigui
alimenti. Ex cerasis, dulciora quidem aluum subducunt
uerum stomacho iniuncta: quibus inest astricatio minus
stomachum laedunt, sed non uentre citant. Atq; hæc
ratio tum in uuis & moris, tum in aliis compluribus ser-
uatur. In uniuersum, astringentia si prius ante alium ci-
bum aut eduntur aut bibuntur, aluum compriment, qui
bus autem ob imbecillitatem uenter non respondet, ii
moliendi uirtute prædicta, nempe olera aut pisces, aut
id genus aliud præsumunt: deinde astringentia, quæ du-
i plumbum firmant, deorsum propellunt, & ad excretionem
incitant. Pini nucleus, qui & strobilus dicitur, boni quidē
succi est crassi q; ad nutriendum ualens, non tamen ex
facili concoquitur. Persica prauis succi, acidisq; sunt, &
facile corruptuntur, eoq; primū exhiberi debent, quo
protinus deficiantur, nullamq; in uentriculo diutius im-

motata, corruptionem sentiant, Præcocia, doratia & armenia, Persicis præstant, neque enim acceſcent, neque ſi milititer uitiantur, ac ſunt etiam gustu gratiora. Malorū, dulcia ſane alijs calidiora ſunt, & facile in corpus diffriſ buuntur, præcipue uel alſa uel elixa acida, magis refregeant, & humores uentriculo impaſtos incident: auſteria ſtomachum firmant & uentreſ reprimunt, atq; his magis cotonea. Idem præstant pira grandia maturaq; ſed ualentius nutrunt. Mala Punica frigefaciunt, & parti alijs menti præbent. Melpila ſorbaq; uehementius aſtrinunt, eoq; alio fulſe accommodantur. Palmulae, niſi admodum ſint pingues, ſtomacho proſunt, uentreſ retenint, cralloſ, glutinosoſq; humores gignunt, capiti faciunt dolores. Ex oliuis, druppæ ſtomacho aduersantur, crasii humoris efficaces: miria conditæ & colymo bades ſi ante cibum ſumuntur, appetentiam faciunt, & aluum ſubduunt, ac magis qua ex aceto & oxymelite præparantur. Inter nuces, juglans, auellana minus nutrit, ſtomacho gratior. Nux uitridis humidior eſt, & uentre ſitat: arida, ſi ubi in aqua cōmaduerit membrana ipsius interior adimatur, cōſimilem uiridi potestatem obtinet. Amygdala incideſti extenuādiq; uiribus pollent, ideoq; uifera & thoracem expurgant, idq; efficacius amara. Similiter & piftacia, uerum iecur efficacius obſtructione liberant. Damascena ante cibum ſumpta & cruda & in mulſa elixa uentreſ ſoluunt. Syriaca ægre coquuntur, ſtomacho noxia, modiciq; alimenti. Siliquaæ ægre conficiuntur, aluum cohibent, & humores creant uitiosos. Sycomora maniſtuo frigefaciunt & humectant. Citri malii pars exterior acris & concoctioni rebellis eſt: caro ualenter alit, & ipſa ad concoquendum contumax: interior pars ſiuē acida ſiuē aquoſa fuerit abunde refriſgerat. Glandes non minus qua frumentacea alunt, ſed concoctu difficultes, crasii ſucci, & tarde permeant. Caſtaneæ omni ex parte hiſ præcellunt.

PAVLII AEGINETA
DE ANIMALIBVS, ET PRIMO de uolatilibus. Cap. LXXXII.

A nimalia quæ uolatu nituntur, minus quidem q̄ promptius concoquuntur, magisq; perdix, atta-
gena, pullus columbinus, gallina & phasianus. At turdī,
merulæ, & exigui passeræ, inter quos sunt etiam à turri-
bus ubi nidificant, pyrgitæ appellantur, solidissimum alimentum
præstāt, atq; his magis adhuc, turtar, palumbus, & anas:
sed multo durius, cōcoctū difficultius, magisq; fibrosum
pauo exhibet. Anserum uero & struthiocameli caro ex
crementicia, ægrius q̄ omnia commemorata concoqui-
tur, si alæ excipiāntur, quæ non minus q̄ aliarum avium
probriæ succi existunt. Porrò gruum caro fibrosum solis
dumq; præber alimentum. In totum iuniora ueteribus
humidiora sunt, promptius cōcoctioni parent, ualentios
rem cibum præstant, atque per alium facile descendunt.
Similiter elixa ab aspis, & in sartagine frixis differunt. Iā
quæ in ficeis locis & montosis prouenient, citius con-
coquuntur minusq; excrementicia sunt, quam quæ in
paludibus nascuntur.

DE OVIS. Cap. LXXXIII.

O va gallinarum, phasianorūq; omnibus præ-
stant. Anserum & struthio camelorum praua
habentur. Ex omnibus autem recentia ueteri-
bus multo sunt præstantiora, ac tremula plus alimenti
habent: foribilia magis descendant, ac faucium asperitas
laevigant. Reliqua omnia ad concoquendū rebel-
lia, tarde transiunt, & succum gignunt crassiorem, præ-
ter ea quæ plēta dicuntur, hæc autem sunt si cruda im-
mergantur in aquam calidam cum garo, uino & oleo
& in uasa mediocriter coagulentur. Huiusmodi enim
coqui facilia & boni succi habentur. Omnia uero quæ
sartagine friguntur deteriora sunt.

DE PEDESTRIBVS ANIMA-
libus. Cap. LXXXIV.

Tinter animalium quæ pedestibus fidunt, carnes, sūlla maius q̄ alii cibi alimentum præbet, eo quod gustu et odore familiaritatem cum humanis corporibus fortia est, ut nonnulli qui imprudenter humanas carnes gustarunt, cognoverunt. Alimentum uero quod ex illis contrahitur, uiscosum est, & non facile in membra posse detrahi. Ouilla excrementicia prauiq; succi est. Casprilla acris est malumq; succum efficit. Deterima hircina, siue succi bonitatem, siue concoctionem respicias.

Bubula atra bilis efficax. Leporina crassi succi est, sed minus q̄ ouilla & bubula. Ceruina dura est, et cōcoctio*n*is rebellis. In totū noua uetustis humidiora, mollioraq; & ad concoctionem faciliora sunt. Item castrata non castris, pinguis macris præstant.

DE PARTIBVS ANIMALIVM & sanguine. Cap. LXXXV.

Svmmæ corporis particulae neruosa sunt, citra pia quedinem & ex carnes, eoq; glutinosæ, exigui ali menti, ac ad aluum mouendam efficaces, si excisi pias quæ uolatu nituntur, ob nimiam siccitatem. Rostra & aures cartilaginosæ, et ad concoctionem sunt putinaces. Lingua, laxa, exanguis, parum alimenti habet. Glandulæ suaves sunt, et flaccidae, sed mammarum præcipue suum, quum lacte secent, pulciores habentur, haec aut nō minus q̄ carnes alit. Renes et testiculi gustu insuaves & concoq; difficiles. At saginatorū gallinaceorū testiculi & suaves sunt, et probū corpori alimentū præstant: quē admodū taurorū, hircorū et arietū concoctioni resistunt, et uitiosos creant humores. Cerebrum pituitosum, crassi uitiosi; succi, lente transit, concoctioni aduersatur, stomachū lædit, et nauſea excitat: si aut probe coquatur, plurimū exhibet alimenti. Medulla pinguis et cerebro suauior est, in cæteris ei respōdet. Pinguedo et adeps pauci alimenti sunt, et stomacho nocent. Cor et iecur crassi succi, & gre cōcoquuntur & lēte trāsent. At ouillū iecur aliis præstat, Lien tū prauos humores, tum

D iiif

PAVLI AEGINETÆ

atram bilem efficit. Pulmo facilius quidem, utpote fangosus, concoquitur, sed leuiorem cibum præbet, pituitæ generandæ efficax. Ventriculus, uulua, intestinaq; du ra, cōcōctioni aduerfantur, pituitæ efficacia. Summatim fera animalia siccissus, q̄ domesticæ alimentum exhibitent, minusq; excrementicium. Sanguis quilibet, uix concosquitur, præsertim crassus & melancholicus, qualis nimis rum est bubulus. Leporinus utpote suauissimum commendatur. Ac multi ipsum cum iecore solent incoquere, quidam uero & cum aliis uisceribus, nonnulli & iuuenis procelli sanguinem edent. Caprillum uero nonnullos comedisse, etiam Homerus testatur.

DE LACTE. Cap. LXXXVI.

LAc coctum probe nutrit, gingivis autem & dentibus nocet, quapropter ubi assumptum est, primū mulsa, deinde uino astringenti os colluere oportet. Item caput tentat, præcordia uentremq; inflat, calculos in renibus gignit. Ac dilutionis ipsius pars, minus quidem alimenti præbet, sed magis aluum proritat: crassior autem econtrario, magis alt, minus descendit. At caprillum lac, mediocre consistentia est, sicut bouillum, crassius: & quod statim à partu redditur tenuius est, procedente tempore crassius deteriusq; efficitur.

DE LACTIS POTIONE.

Cap. LXXXVII.

QVilac potare uoluerit, ab aliis abstinere cibis debet, donec concoctum fuerit, & inferius descederit. Satius itaq; est de mane recens multum bibere, ac post id nihil assumere, nec non labores nimios deuitare, nam laborantibus, acescit, præstatq; interea uigiles conuiescere, hoc enim pasto q̄ primum per aluum descendit. Vbi dieiectum fuerit, aliud bibendum est: ac si hoc quoq; descendat, aliud. Initio itaque purgat utiliter, non quidem copiosum ex reliqua corporis mole, sed quæ in uentriculo continentur: mox, uenas ingreditur, ac optime nutrit, atque non amplius deit.

citur. Porro in biliosis fluxionibus, & quum tabida cost poris ad uentriculum concurrunt, coctum lac exhiberi debet. Coquetur autem primum lenta paulatimq; ut pars descendat, pars consumatur, deinde magis ac ma^{gi} gis incoquetur, cura adhibita, ne adulatur, aut in caseū coalefcat, quod optime fiet, si leniter ipsum coquamus, & agitando id quod recesserit undiq; detrahamus. Agi tabitur autem ferula concisa & tenui: & si quid oris olla^e inferuercat, hoc quoque spongia adimere oportet, id enim subinde etiam reliquā hac corruptit. Eo igitur modo quo dixi, lac coquendum est, usq; dum æquabiliter crassius dulciusq; crudo euaserit. Quod in eo tenue est & serolum, calculis marinis ignitis in id demisis, ebibis tur cōsumiturq;. Atque hoc alii fluxionibus, præsertim biliosis est accommodatum.

DE LACTE SCISSLI.

Cap. LXXXVIII.

Serosa lactis portio à caseo discernitur, si uehementer ad ignem largiorem citra fumum excoquatur, deinde colo aut panniculo exacte trahiatur. Porro miscetur sero mellis momentum, aut oxymelitis aliorumve, daturq; subducendi uentris gratia, ætate qui dem florentibus ad duos sextarios: iunioribus, non minus sextario. Quod uero marinis calculis ignitis aut serro candenti demissio lac incrassatum est, intestinorum terminibus & alii profluuii recte exhibetur.

DE CASEO. Cap. LXXXIX.

Omnis caseus acris est, stictim facit, ægre concoquit, ultiosos succos, calculosq; generat. Laudator est recens, fungosus, mollis, suavis, & modicū salis particeps: qui secus habet, pesimus est.

DE PISCIBVS. Cap. XC.

Omnes pisces frigidioris, humildiorisq; tempera^t menti esse, nulli non cōstat. Omnim uero optima sunt, laxatiles, ad concoquendū prompti, boni^q; succi, modice humectant, ubi non duram carnē

PAVLI REGINETA

occupauerint. Verum ex non saxatilibus, qui in pelago degunt, multum ab iis variant qui in lymo sunt æditi, uel ubi flumina irruunt, sed omnium deterrimi qui uel in stagnis uel paludibus uiuunt. Particulatum uero capitulo, si ex pelago fuerit, mediocriter suavis est, minus cōcoctio ni rebellis, & boni succi, sanguinem uero gignit tenuorem imbecillioresq;. Similia & lupus præstat. Mullus qui & ipse in pelago editur, aliis piscibus durior est, fragilis, concoctu facilis, ualidæ ad alendum materiae, suauis & pinguedinis expers.

DE TESTACEIS. Cap. XCII.

Generatim pisces qui testa cōteguntur, Græci uocant ostracoderma, saluum crudumq; humorē producunt. Ex his ostrea mollissimam carnem obtinent, facilius descendunt, Chamaer uero, purpuræ, unguis, spondyli, buccina, cochlear, atq; huicmodi alia dura, ac quæ crustata quoq; nominantur, nempe grampus, mart, paguri, cancri, locusta, & squillæ cōcoctioni repugnant, sed alimentum præbent & uentrem comprimit, si in aqua dulci sèpius decoquuntur. Omnibus uero crustatis inest succus, alio subducendè utilis, eoq; etiam terrestribus cochleis. Ac quum, hæc duram carnem, cōcoctu difficultem ualentis materiae & succis uitiosam fortiantur, nonnulli ius ipsorum cum oleo & garo conditum, ad aluum subducendam adhibent. Echini modis frigefaciunt, exigui alimeneti, & urinæ ciendæ efficaces.

DE MOLLIBVS QVÆ MALA
cia dicuntur. Cap. XCII.

Molles pisces, utpote polypi, sepiæ, loligines du ri & coqui contumaces sunt, præcipue polypi, saluum humorē modicum obtinent: cocti autem non parum alimenti, corpori exhibent.

DE CARTILAGINEIS.
Cap. XCIII.

Cartilagineorum, quæ selache Græci dicunt, toros pedines, pastinacæ, mollem suauemq; carnem

Occupant, quæ celeriter descendit, facile concoctur, &
probe alit. Ratae, leuiraæ, squatinæ, atque eius generis
reliquæ, duriora sunt, concoctioni tenentur, & ualētus
natiunt. In summa quibus dura caro est, & ægre con-
coquuntur, & plenius alunt: ubi uero concocta fuerint,
copiosum solidumq; alimentum præbent.

DE CETACEIS. Cap. XCIII.

Cetacea, utpote, balenæ, uituli marini, libellæ, delphini & prægrandes thynni duram, concoctu dif-
ficilem & crassi succi carnem habent. Sale cōdit
ta eiusmodi moderatione efficuntur, aliisq; piscibus hu-
midiora, magis excrementitia, perturbationi uentris ma-
gisq; sunt accommoda. Salsamentorum uero differen-
tia piscium unde constant, naturam imitantur.

DE VINI VIRIBVS. Cap. CXV.

Vi sanitatis tuendæ curam suscepit, eū quo-
que uini facultates cognitas habere expedit.
In uniuersum itaq; unum omne nutrit, uerum
rubens, & crassum, magis: boni autem succi non est effi-
cax. Item dulce & iplum quidē impense nutrit, sed stos-
macho nocet. Austerum stomacho quidem amicum
est uerum ægre in corpus distribuitur leuisq; alit: hoc
aut magis, albū. Præstantissimū est colore vermiculum.
Porro uetus nō magis & calefacit & desiccat, hæ-
cigitur uinisunt facultates, ueluti luminatim expositæ. Ce-
terū calorē in nobis refocillat, unde cōcoctio melior, &
sanguis pbus euadit, cibū p oia corporis mēbra, ut qd
facile penetret, deducit. Quamobrē ex morbo emacia-
tos reficit, corpusq; ipsorū auget. Etenim cibī cupiditatē
facit, pituitā extenuat, bile p urinā educt, & bonū colore
cōciliat: aio letitiā uoluptatēq; parit, & robur adiicit. Ha-
rū itaq; cōmoditatū moderata uini potio, cōtrariorū im-
moderata occasiō p̄bet, eoq; temulēti aio turbant, de-
sipit, & graui sōno p̄muntur. qua de cā immodica uini
potio diligenter uitanda est, quanquam longiore tépo-
ris interuallo liberaliter bibere conduit, ita nangū urina

PAVLL REGINETÆ

Iargius & sudores promouentur. Vincit autem mox
præsumpta mulsa uomere, quo ne paululum quidē ab
eo noxæ percipiatur. Qui igitur potationi indulget,
alio cibo non admodum repleri debet, sed inter pota-
dum brasicam elixam esse, & bellaria præsertim amygdala
assumere, ut quæ capitis dolores leuent, & uomen-
tibus nihil adferant molestiæ. Præstaret autem absinthii
dilutum ante potionem ingerere, ut quod omnium maxime
crapulæ discutiendæ sit efficax. At si aliquis rosio
nem à uino sentiat, frigidam: in sequenti die absinthii di-
lutum biber utiliter, ob ambulatione itidē, frictionibus,
balneo, & exiguo cibo reficietur.

DE MELLE ET MULSA.

Cap. XCVI.

Mel coctum ualentius nutrit, q̄ subducat aluum:
non coctum, econtrario, ac frigidis humidisq; temperaturis
conducit: calidis, in bilem uertitur.
Mulsa uero non admodum biliosis utilis est, ut quæ in
bilem de generet. Itaque in eiusmodi naturis dilutior
mulsa recte dabitur: iis qui viscera habent affectibus op-
portuna, incommoda est. Cæterum hoc modo præparari
mulsa debet. Octupla aquæ portio melli admis-
scetur, incoquitorq; donec spumare desinat. Spumam
uero continenter ab ea tollere, simul atque orta est,
oportet.

DE SOMNO. Cap. XCVII.

Posteacq; omnia quæ ad uitium rationem spectant,
sumus executi, superest ut de somno, eo quod
omnium postremus magna ex parte initur, disse-
ramus. Itaque somnus uirium animalium (ut ita dicam)
requies est, utili humiditate cerebrum madefaciens p/ ueniens.
Qui si recte ineatur, multa præstat commoda,
cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, lassitudinem solatur, intenta laxat, animi uero ægritudines
obliterat, rationem uitiatâ corrigit. Porro tempus somni
opimum est à cibo, sed interdiu captus haud om-

seinde
quoniam
et qual
a suu nati

nibus est idoneus. Tempus enim quo obdormiscunt ad absolutam ciborum concoctionem non sufficit, ino
terupta enim ante horam suam concoctione, à meridie
refurgentes, subinde acidos ructus edunt, crebro etiam
flatibus replentur. Nonnulli fluctuatione uentris infestati
tur, nisi uel ex consuetudine, uel sufficienti somno usi,
eiusmodi mala effugiant. Cæterum optimus somnus
est nocturnus, quoniam nox naturali humiditate, silen-
tioq; somnum accersens, absolutam molitur concoctio-
nem. Item post illum plurima parte ad excretionem re-
crementorum instigantur. Terminus autem somni esse
debet perfecta ciborum concoctio, qua tum ructibus,
tum uentris contractione deprehēditur, secundum quā
vigilantia noninutilis, ut quā recrementorum ex conco-
ctione deiectionem molitatur.

DE VIGILIIS. Cap. XCVIII.

Vigilias quā laborantes iam affigunt, ex dolore
aut febri, aut acutiore quodam casu oboriētes,
secundo libro de febribus persequemur: quā
autem sanos infestant, hoc loco nobis exponendū sunt.
Si igitur aliquis ob moerorem, aut curam, aut quandam
animi ægritudinem uigilauerit, primum id quod moleo
stat, quatenus licet protinus amputabimus, deinde sua-
rium sonorum auditu mens à sollicitudinibus abducen-
da est, id quod nonnulli leni aquæ muremure machināo
tur, qui enim sic permulcentur somno facile capiuntur.
Præter balneis præsertimq; uestiginis quum bene con-
coixerint utentur, ciboq; humectanti uestige lactuca &
id genus aliis, nonnunquam nigri papaueris folia uitio-
dia obsoniis admiscebunt. Piscibus ad concoctionem
promptis, uino largiore tenui & nō uetus recreari de-
bent. Dormituri rofaceo caput perungent, aut oleo in
quo papaueris capita, aut mandragoræ sint incocta. itē
anethinum non uetus somnum accersit. Noui autem q
35 post lasitudinem quiete subito permitta, somno cape-
tur. Adhac uenus moderata idipsum præstat. Alii

PAVLI AEGINETÆ

caput aut pedes refrigerantes, facile somno corripiuntur. At si ex cibi copia uitiove stomacho grauato uigila uerint (nam hoc etiam accidere nouimus) quemadmo^s dum rursus alii præter consuetudinem inedia presi, aut modico cibo sumpto, uigiliis sunt infestati, considerare id, ac causam succidere, oportet.

DE SOPORE. Cap. XCIX.

AT si econtrariò alti grauesq; somni, quæ catas phora dicitur, urgeant, ab aspiduis lauacris & refrigeranteunctione abstinebitus, medicamentis pituitam per os elicitiibus utemur, atq; in totum ad calidiorem ulcus rationem, sicciorē imbecilloremq; ipsos traducemus, quandoquidem huiusmodi affectio à frigidiore, ut plurimum & humidiore materia cerebrum irrotante accidit.

DIACLIS EPISTOLA AD VAI

letudinem tuendam conscripta.

Cap. C.

DIOCLES ANTIGONO REGI.

Quoniam tibi omnium regum literatissimo esse contigit, & multum iam ætate profecho, omnis philosophiae disciplinarumq; mathematicarū peritia excellere, existimauit eam philosophiae partem quæ ualitudinis tuendæ præcepta tradit, haud alienam à regia maiestate fore: eoq; tibi præscripti unde morbi hominibus oriuntur, & quibus signis præcedentibus quomodoq; ipsis succurrere conueniat. Quemadmo^s dum enim in celo nunquam tempestas ingruit, quam non indicia quedam præcedant, quibus nautæ ceteriq; probe periti homines certiores reddantur, ita humanæ naturam nullus inuidit morbus, quem non signum aliq; quod denuntiarit. Tu itaq; si iis, quæ à nobis dicentur, animum attendas, exactam illorum cognitionem indisperceris. Hominis corpus in quatuor parteis diducimus caput scilicet, thoracem, uentre & uescicam. Igitur ubi

caput morbo conficitur est, hæc plurimum nota
 solent præcedere, vertigo, capitis dolor, superciliorum
 grauitas: aures sonant, tempora saltunt, oculi mane illa
 chrymant, caligantq; nares oppletæ odorem non sen-
 tiunt, dentium gingivæ attolluntur. Quum ergo ex his
 aliquid accidit, caput purgari oportet, nullo quidem me-
 dicamento, sed uel hyssopi uel origani capitibus tritis, q;
 in olla cum musto deferuerint, aut sapæ heminæ di-
 midio iejunus os coluet, & gargarizando humores ex
 alto deducet, eaq; capitis affectuum curatione, nulla le-
 uor est alia. Optime facit etiam si finapi multa calida
 dilutum, iejunus absorbens gargarizet, pituitamq; ex
 capite eliciat. Carterum caput operimentis prius calefa-
 cere oportet, quo pituita liquefacta, prompte effluxioni
 pareat. Si quis hæc signa neglexerit, huiusmodi ægritatis
 dines solet experiri, lippitudinem, glaucomata, parotidas,
 in cœrvice strumas, cerebri tabem, grauedinem, angina-
 nam noctu, teredines, uuam, capillorum defluxus, capi-
 tis ulcera, & dentium dolorem. Quum autem à thoro
 race morbus nascat, totum corpus incipit sudare, tho-
 raxq;, lingua fit crassior, sputum salsum aut amarum aut
 biliosum existit, dolor costas aut scapulas sine occasione
 ne inuidit, oscitatio frequens, sine somno & quiete, sus-
 focatio, fitis ex somno, animus tristior, pectus frigidum,
 brachia & manus tremescunt. Succurrendum est prudenter
 hoc modo, uomitus q; optime fieri potest, post coem-
 tam sine repletione, sine q; medicamento citari debet,
 utiles sunt & uomitiones ante cibum, quas Græci syris
 maiomos appellant. Oportet autem cum qui sic uomet
 radiculas tenuis presumere, nasturtium, erucam, finapi,
 & portulacam, mixt aqua tepida superbibita, uomere.
 At si huiusmodi indicia cōtemnatur, hi morbi solēt obue-
 nire, pleuritis, peripneumonia, melancholia, febres acus-
 te, phrenitis, lethargus, febris ardens cū singultu. Quod
 si à uentre morbus oritur, hæc erunt signa, uenter prius
 cruciatur, turbaturq; cibus & potio amara uidentur,

PAVLI AEGINETÆ

genua grauantur:lumbi nequeunt flecti , totumq; co⁹
 pus etiam sine occasione laborat,crura torpent,febricu
 læ exiguæ affligunt.His itaq; cognitis,uentrem emolli
 re oportet,non medicamentis, sed uictu. Tuttius enim
 est utriusq; quibus nullus error committi potest, utpote
 betis nullæ incostis,allii elixis,maluis,lapatho,Mercu
 riali herba,et ex melle confectionibus. Omnia siquidē
 alio subducendæ sunt. Si aliquod ē signis intendantur,
 enī suuccum omnibus decoctis admiscere oportet, ut
 quæ suauiora & fine perculo sint.Iam & læuis brasica
 in aqua largiore cocta,eiusq; succus ad heminas qua
 tuor potus cū melle & sale,utilis est: uel ciceris aut erui
 decocti aquam eodem modo ieiunus utiliter bibet.
 Qui nullam eiusmodi signorum rationem habent, ii
 his morbis tentari solent,a lui profluvio,intestinorum
 torminibus, eorumq; lauitate,ilio,coxendice,febre ter
 riana,podagra,apoplexia,hæmorrhoidibus,morbo ar
 ticulare,A uesica qui nascuntur morbi, hæc dabunt sig
 gna:pleni ex cibo modico esse uidentur,inflationes uē
 tris urgent,nuctus,pallor totius corporis,omni graues,
 urina liuida & uix erumpens,naturaliter tument.Qum
 itaque huiusmodi notæ apparuerint, odoratis urinam
 crientibus tutissime occurrere malo oportet,Itaq; fœni
 culi ap/i q; radices,uino albo odorato madefacito,at
 que huius dilutu cyathos duos,mane leitino singulis die
 bus propinabis cum aqua:item dauci * myrti , heleni,
 quodcumq; horum habueris (nam omnia proficiunt)
 aquam exhibebis:ad hæc aqua ciceris' macerati cum
 uino,idē efficit.Qui hæc signa negligunt,hos morbos
 expectent,aquam inter ceterum,liuen magnum,jechoris
 dolores,calculos,renū cruciatus,urinæ stillicidiu & uen
 tris tumorē.In oibus huiusmodi indicis infantes sane,
 leuiori:adultos,acriore curatione tractabimus.Cæterū
 anni solstitia in quibus hæc solent ingruere,silentio præ
 termittenda non sunt.sed quæ in singulis alimenta con
 veniant,paucis exequemur,auspiciati ab hyemali.

SOLSTITIVM

*Græce
 erat σ μ'
 ονσ προ
 μπανάς

L I B E R S E C V N D V S 33

S O L S T I T I V M H Y E M A L E.

Solstitium itaq; hyemale usq; ad uernum æquinoctium,
auget in hominibus distillatioes humiditates q; ac pro
pterea calidioribus uti cibis, pleniori potu ac meracio
re, atq; ex origano bibere oportet, nec no ueneri indul
gere. Numerantur dies ad æquinoctium, nonaginta.

Æ Q. V I N O C T I V M V E R N V M.

Hoc tempore pituita in hominibus crescit, & dulcis sa
ties sanguinis usq; ad uergiliarum ortum, eoq; tunc ma
xime succosa acriaq; assumi debent, corpus exerceri, ue
nus tutissima est. Sunt autem ad usq; uergiliarum ortū
dies sex & quadraginta.

V E R G I L I A R V M E X O R T V S.

Hoc tempore bilis atra augetur, amaraq; sianies, usq; ad
æstivum solstitium, dulcia tunc quæ alii moueant, con
ueniunt, uenus inutilis est, hinc ad solstitiū æstivum dies
quinq; & quadraginta existunt.

S O L S T I T I V M Æ S T I V V M.

Hoc anni tempus atrabilē ad usq; æquinoctiū autunale
promouet, quapropter aqua frigida atq; odoratis om
nibus utendum est: uenus pernicioſa: aut innocentius fal
tem quæ de ea præscriptissimus adhibeto. Porro sunt ad
æquinoctiū autunale, dies tres & nonaginta.

Æ Q. V I N O C T I V M A V T V M N A L E.

Hæc anni pars pituitæ copiam generat, tenuesq; deflu
xiones, donec uergilia occident. Conuenit igitur tunc
humores ex capite elicere, atq; acerrima, maximeq; suc
cosa assumere, uomitu non solicitari, exerceri, atq; cons
cubitum uitare. Numerantur ad uergiliarum occasum
dies sex & quadraginta.

V E R G I L I A R V M O C C A S V S.

Hoc tempore pituita ad usq; brumā in hominibus redun
dat, quæ ob rem acerbissima quæq; uinum suavisissimū,
assumere oportet, pinguibusq; uti & exercitari. Sunt aut
ad solstitium hyemale dies quinq; & quadraginta.

Primi libri Finis.

PAV. ÆGIN,

E